IOAN. LVCIDI
SAMOTHEI
CHRONICON,
SEV EMENDATIO
TEMPORVM.

Ab orbe condito vsq; ad annum Christi.
M D XXXV.

CVM ADDITIONIBVS
R. P. D. Hieronymi Bardi Florentini Camaldulensis.

Ab eodem anno vsq; ad Annum 1575.

Venetiis, Apud Iuntas.
M D LXXV.

INDEX
OMNIVM TRACTATVVM
EXISTENTIVM.

In hoc volumine.

AMPLISSIMIS PATRIBVS
D. PETRO BALNECABALLENSI,
CAMALDVLENSIS ORDINIS.
REVERENDISSIMO GENERALI.
A C
D. BARTHOLOMEO BALNECABALLENSI
SANCTÆ MARIÆ A CARCERIBVS
ABBATI DIGNISSIMO.

F. HIERONYMVS FLORENTINVS
MONACHVS CAMALDVLENSIS. S. P D.

CVM Sæpius Amplissimi Patres mecum cogitauerim, cui vestrum (dum Venetijs summa ope nitor, vt Chronologia nostra in lucem exeat,) hos meos labores, in Ioannis Lucidi Samothei Temporum emendationem peractos dedicarem; nec ob beneficiorum ab vno quoq. vestrum receptorum multitudinem id unquam discernere potuerim; tandem post multas cogitationes utriq. dedicandos statui; Quoniam sicuti vtrisq. est patria communis, & vtriq. summos in nostra Religione magistratus geritis; nec non beneficia ab vtrisq. in me collata sunt æqualia; sic vnius eiusdemq. operis tutores, ac patroni sitis. Non solum autem, vt dixi, patria vobis eadem est, verum etiam probitatem, Doctrinam, pietatem; aliasq. virtutes ita communes, habetis uti quis uestrum in vlla earum alteram superet, à nullo dyudicari possit. Quis enim est, qui nesciat quam meritò tu Reuerendissime ac Prudentissime PETRE Generalatus officio fungaris, At tu Optime ac Amantissime BARTHOLOMAEE patris locũ in Abbatia S. Mariæ à Carceribus non indignè obtineas. Verum, cum aliud tempus requiratur ad prædicandas eximias

vestras laudes. his supersedendum esse in præsentiarum existimo. Id vnum dico, quòd, cum viderem vos adniti, ne vita n ducatis inertem: præsterq; vestri aliqua ad posteros memoria, vestro me exemplo esse incitatus, vt post varios casus: post tot discrimina rerum; ad ingenij egregiæ facta me conferrem; quo Vita nostræ breuitas, Animi virtute compensaretur, & Immortalitatem pareret, virtute enim excepta, vtpote: quæ sola immortalis est, & homines claros reddit, omnia caduca sunt, tenuiq; pendentia filo, Rogo igitur vos, vt hasce meas in Ioannem Lucidum lucubrationes, tam hilari, ac serena fronte recipiatis, quam eas vobis dedico, spero, enim eam Lectionem vobis non iniucundam fore, In his enim temporum emendationibus, præclariorumq; gestorum ab orbe condito ad annum Natiuitatis Christi M D XXXV. elucidationibus, multum laboris, & curæ insumpsit, Ioannes Lucidus, & ego non minimum, dum eadem breuitate hæc ei iungere nisus sum, quæ deinde sequuntur ab annum M D LXXV. Hunc autem Lucidum eò libentius augendum, corrigendum suscepi, ne talis, tantusq; temporum scripctor, quò nullus Christianorum uerius, ratiusue scripsit, interiret, verum mea cura, & opera, reuiuisceret: præferens in fronte tutellaria vestra nomina, ut meus erga vos gratus animus cunctis elucesceret, hos meos labores si latà mente receperitis, Lectoresq; equi boniq; consulerint, calcar mihi erit ad quos vis alios præclariores aucthores uestris auspicijs aggrediendi. Valete.

Venetijs: ex Aedibus Lauretanis XIII. Kal. Decembris.
M D LXXV.

INDEX VNIVERSALIS
OMNIVM MATERIARVM.
IN VNO QVOQVE LIBRO EXISTENTIVM.

De littera A

Abraham pater multarum gentium : lib.2.capite.7. pag.22.

De littera B

De littera C

De littera H

De littera I

De littera L

De littera M

De littera T

De littera V

TABVLA NOMINVM ROMANORVM PONTIFICVM. PER ALPHABETVM. SECVNDVM ORDINEM NVMERI. A PAGINA LVIII. VSQVE AD LXI.

Pontifices Romani in libro octauo.

FINIS.

TABVLA NOMINVM IMPERATORVM ROMANORVM. PER ALPHABETVM. SECVNDVM ORDINEM NVMERI. A PAGINA LX. VSQVE AD LXX.

Imperatores Romani in libro 9. per Alphabetum secundum ordinem numeri.

Hen-

REVERENDISSIMO D. D. NICOLAO ALEmano ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Capuano, tituli Sancti Xyſti ex ordine prædicatorio aſſumpto: F. Ioannes Maria de Tholoſanis ex colle vallis Elſæ eiuſdem ordinis. S. P. D.

MOrtalium geſta præclara, quæ ſunt memoria digna Reuerēdiſſime Pater in ſcriptis redigere, nō minus neceſſariū cēſeō, q̃ ſcientias rationales, & phyſicas atq; mathematicas codicibus tradere: quoniā einſmodi ſcientias quilibet homo ingenio præditus per ſeipſū rationis diſcurſu adinuenire poteſt: ſed hiſtorias præteriti & longi tēporis cognoſcere nemo ualet: niſi qui eas olim deſcriptas legerit. Nec ſufficit rerū nudas hiſtorias texere: ſed neceſſe eſt, quo tēpore fuerint ipſas enarrare: vt certiorē ex eis notitiā capiamus. Vnde & ipſas hiſtorias, Chronicas, ideſt tēporales merito nuncupamus. Quapropter excellentisſimus hiſtoriographorū omnium Moyſes, & cæteri diuinorum librorū, qui canonici vocantur, authores in ſuis narrationibus iuxta hebraicam veritatem, tempora fidelisſime conſcripſerunt. Hos imitati ſunt nonnulli Ethnicorum, qui publica & probata fide annalium ſuorum geſta ſcripſere: ſicuti Beroſus Caldæus, Metaſthenes Perſa, Manethon Aegyptius, Philo Hebræus, & alij quamplures imitatione digni. Nonnulli tamen ſcriptores, hiſtoriarum tempora neglexerunt. Alij autem ipſa tempora non abſque manifeſtis mendacijs, ſuis voluminibus inſeruerunt. Quidam vero ſequentes priuatas opiniones poſuerunt tempora, quæ putauerunt uera, cum tamen falſa comprobentur ex probatis authoribus publicæ fidei: & ex hebraica veritate in ſcriptura diuina recte intellecta, in qua falſum non inuenitur. In plurimis etiam codicibus repe riuntur tempora falsò annotata vitio ſcriptorum longi temporis proceſſu, nec non, & negligentia chalcographorum imprimentium libros. Hinc eſt quòd Philo hebræus in libro, quem prænotauit Breuiarium temporum, emendauit ipſa tempora iuxta hebraicam veritatem ab orbe condito ad ultimam euerſionem Hieruſalem. Temporibus autem noſtris Ioannes Annius Viterbienſis, emendauit ipſa tempora a mundi creatione ad aduentum Domini ſecutus in omnibus canonicam ſcripturæ ſacræ

veritatem ac Philonem Hebræum. Porrò Ioannem Annium imitatus est Bartholomæus Fontius presbyter in suo breui opusculo. Sed in hoc parumper errauit, quia supra ueram computationē hebraicā ab exordio mundi ad Christi resurrectionem pro prio sensu, septem addidit annos:ut.s.plene compleret quartum annorum millenarium. Post hæc Ioannes Nauclerus in suis Chronicis iam in Alemania impressis, licet annos enumeret iuxta communem Græcorum computationem: hebraicam tamen non intermittit secundum quam adiungit ante Christum tantūmodo duos annos supra ueram supputationem. Tandem emendationes temporum uerissima computatione descripsit dominus Ioānes Lucidus natione Gallus ac professione sacerdos eruditissimus, qui ab orbe condito ad ætatem nostram, tempora iuxta ueritatem hebraicam ita elucidauit, ut merito Lucidus cognominari debeat, Cum autem opus suum, uberius ac perfectius redderet cuperet:ex meo breuilo quio temporum in quo & collegeram fideliter emendata tempora, me sibi consensum præbente plura excerpsit, & operi suo inseruit. Nam & ego arbitratus sum maioris authoritatis esse opus si sub nomine Ioannis Lucidi quàm si sub meo nomine prodiret in lucem. Idcirco spōte assensum præbui, ut mei labores sibi ascriberentur, sicut & fecit Pamphilus martyr, qui suas lucubrationes Eusebio. Cęsariensi episcopo in suo libro de temporibus condonauit: ut opus maioris esset æstimationis tam ipsius Eusebii pręcellenti authoritate: quàm ipsius Pamphili solerti ac diligenti computatione. Lucidus ergo tandem hoc opus certe arduum & summa commendatione dignum ob communem omnium utilitatem ad perfectum duxit: quoniam non solum seculares historias quo ad ipsa tempora, quibus mensurantur, ad ueritatem conuertit: sed & gesta quæ in diuinis eloquiis diuino spiritu traduntur per ipsa emendata tempora clarius enitescere fecit, dum eorum obscura, plano ac breui eloquio in lucem pandit. Quis enim absq; hoc libro ad plenum cognoscere potest ipsum tempus, quo filius Dei carne assumpta mundum redemit? Patriarcha nanq; Iacob ipsum tempus sub ænigmate prædixit in libri Geneseos calce dicens. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est. Hoc siquidem tempus iamdiu completum Iudæi adhuc futurum falsò præstolantur, dum temporum igno-

tãria laborãt. Quis etiã absque hac tẽporũ emẽdatione hebdoma des Danielis enucleare ualet? Scimus enim quanto labore diuus Hieronymus, earum exordium, medium, ac terminum inquisietit, plures ac diuersas authorum opiniones adducens in commẽ tarijs suis super Danielem prophetam. Citat enim Africanum in quinto temporum uolumine. Eusebium quoque Pamphili in octauo libro. Insuper & Hippolytum, Apollinarem, Laodicenũ, Clementem Alexandrinæ ecclesiæ presbyterum, Origenem ac Tertullianum in libro contra Iudæos: tamen indecisam hanc inquisitionem reliquit. Ait nanque idem Hieronymus ibidem. Scio de hac quæstione ab eruditissimis uiris uarie disputatum: & unumquemq; pro captu ingenii sui dixisse quod senserãt. Quia igitur periculosum est de magistrorum ecclesiæ iudicare sententijs: & alterum præferre alteri, dicam quod unusquisque senserit lectoris arbitrio derelinquens, cuius expositionem sequi debeat. hæc ille. Lucidus autem luce clarius hanc quæstionem facilem emendata temporum ratione dissoluit. Quid dicam de tempore uitæ Christi, scilicet quo anno conceptus, natus, & passus, quot quæstiones emergunt? quæ in hoc libro aperte soluuntur. Quapropter idem author ad euidentiorem sensum, edidit canones in tabulam perpetuam temporum: & aliud opusculum de uero die passionis Christi: ac tempore totius uitæ ipsius. Adiunxit & epitoma emendationis Romani calendarii iam collapsi. Ne igitur opera eius incognita lateant post authoris decessum: statui pro communi utilitate prædicta opuscula in unum codicẽ redigere: & ipsa calchographi impressioni tradere, sicut alias per litteras meas dominationi tuæ notum feci. Vt autem hoc opus adhuc maius authoritatis robur obtineat, consilio ab amicis accepto, decreui id Reuerendissimæ dominationi tuæ dedicare ex antiqua inter nos mutua beneuolentia: & præcipue cum ex ordine nostro prædicatorio olim assumptus fueris ad archiepiscopatum Capuanum: & nunc denuo ad apicem Cardinalatus Romanæ ecclesiæ: non pecunia & muneribus: sed uirtutibus, ingenio, solertia, atque doctrina. Accipe igitur hoc munus ab authore & ab eius coadiutore plurimo labore confectum: & me continue ama: sicut ego te semper diligo. Valeat Reuerendissima. D. T. Datum Florentiæ die 15. Octobris Anno Domini. M. D XXXV.

Versus in laudem uoluminis.

Marcus Casalis Geminianensis ad lectorem.

Tempora lapsa diu, multosq; ignota per annos,
Et fuerant multis iam uariata modis.
Sæpe fides hinc historiæ est, quòd nulla uidetur
Nulla, nefas, scriptis hinc & habenda sacris.
Ast modo tam paruo redduntur clara libello,
Notaq; sunt cunctis quàm sua nota domus.

Augustini Margacti Geminianensis epigramma.

Tēpore quo Babylō, quo Mēphis, Græcia, Roma
Creuerit, & Regum prælia & arma ducum,
Lucidus hoc libro, quo non præstantior alter
Explicat, & ueræ consulit historiæ.
Non fictas res lector habes, quas Græcia mendax
Prosequitur: non hic grandia monstra leges:
Eruta sed certis annalibus, ordine certo
Gesta uirum, hæc uero, uerius ipse notat.

Matthaeus Gambacurta praesbyter Senensis a librum.

Docte liber propere dominam te confer in urbem,
Et pia Clementis basia da pedibus:
Dicq; requirenti quid paruo corpore gestes,
Temporibus reddo nomina clara suis.

Idem ad Lectorem.

Reges, Pontifices, virosq; claros,
Et qui sydere a fruuntur aula,
Vis recto ordine scire quo fuere
Omnes tempore? perlege hunc libellum,
Quo lecto peream, nisi esse lucem
Dices in tenebris micantiorem
Quàm Phoebum medio die nitentem:
Qui tanto est tibi gratior futurus,
Quàm quae sunt reliquis notata chartis,
Quanto sunt meliora vera falsis.

Idem ad librum.

Curtas intrepidus licet libelle

Quò mittit genitor tuus, nec ullos
Ronchos pertimeas: statim placebis,
Et semper meliora nemo legit
Te: nec posteritas leget. quis alter
Eduxit tenebris libellus omnes?
Paruo est corpore, veritas fidelis.
Quam magnis dubia fide anteponunt
Docti codicibus. Legeris ergo
Solus delitiæ peritiorum,
Dum cœlum innumeris micabit astris.

Hercules Burghesius nobilis Senensis ad Lectorem.

Nobilitas, studiumq; authoris perdita, Clemens
Septimus è cœlo ni cecidisset, erat.
Cuius more fouet cunctos clementia. flores
Carpsit apis: dat herus commoda: mella fluunt.

EMENDATIONES TEMPORVM in duas partes diuisæ. In prima parte, quæ Canonica dicitur, continentur temporum canones libris decem ab orbe condito ad ætatem nostram, iuxta rectam Chrono graphiam ex antiquis, & probatis authoribus, per Ioannem Lucidum Samotheum.

Proœmium Authoris.

Temporum Canones ad rerum gestarum integram notitiã adeo pernecessarii sunt: ut absq; ipsorum cognitione siquis historiarum scientiã sibi voluerit arrogare, semetipsum deludit, cum omnia quæ motui subiecta sunt, metiri tempore oportere nulli dubium sit: & id quod mensura dirigitur, ab sq; meriente ad plenum cognosci non possit. Quapropter chronographi.& historici, qui neglecta temporum ratione hominum gesta describunt, merito reprehendi possunt. Qui uero eadem gesta plena fide proprijs temporibus exprimunt, summa proculdubio cõmendatione digni sunt. Talis profectò fuit Moyses præclarissimus prophetarum in omni Aegiptiorum scientia eruditus. antiquus origine: genere nobilis: Deo proximus miraculis ac sanctitate insignis: ac dux Hebraici populi. Qui res gestas ab orbe cõdito tãta ueritate conscripsit, ut nullus inter ethnicos historicos ei ullo modo cõparari possit. Suo nãq; Pẽtateucho, hoc ẽ quinq; sacris uoluminibus, non solum præsentia quæ ipse oculis conspexit, quo tempore acta sint, hebræo sermone digessit: sed & præterita cæteris mortalibus penitus ignota de mũdi creatione diuino spiritu afflatus in lucem edidit: & futura quæ iam adimpleta conspicimus eodem spiritu manifeste prædixit, ut merito cæteris præponendus esse cẽseatur. Hũc imitati sunt authores illi, qui fideli narratione scripserunt ea quæ sobsecura sunt tempora, quorùm libros tanquam spiritu Dei editos, Ecclesia catholica inter canonicos recipit. Sacræ igitur historiæ quæ uera sunt cõtinẽt: & nihil falsũ reperitur in eis nisi forte scriptorum uitio: quod tamen facile ab Eruditis emendari potest. In cæteris uero scriptoribus quandoq; uera & interdũ falsa: & in quibusdã aperta mendacia ex industria scripta reperiuntur: quæ quidẽ tanquam erronea cõuinci possunt ex eis qui uera scripserunt. Quare

cauendū est à nonullis authoribus Græcis qui multa mendacia ue ris historiis inferuerūt,teste Iuuenale Aquinate qui ait in Satyra, Et quicquid Græcia mēdax audet in historia. Metasthenes quoq; Persa in libro de Iudicio temporum,& annalium Persarum idem attestatur dicēs. Qui de temporibus scribere parant, necesse est illos nō solum auditu & opinione chronographiam scribere: ne cum per opi niones scribunt uti Græci, cum ipsis pariter & se,alios decipiant, & per omnē uitam aberrent. Hinc est etiam ꝙ quidā latini scriptores qui Græcos imitati sunt, multa falsa quæ tamen putauerunt esse uera,scripserunt. Veraces ergo tantummodo sunt requirēdi. Illi uero authores magis ueridici censendi sunt, siue sint ethnici, siue fideles: qui uel tempore: uel loco: uel officio uera scripsisse comprobantur. In antiquis enim historijs, authoribus tempore prioribus magis creditur: quoniā tanquam propinquiores de rebus ipsis gestis certiorem habuere notitiam. Ita etiam in gestis loci alicuius, ibidē habitantibus & ex uisu ea describētibus, maior adhibetur fides quā aliis ab sentibus, & ea solum narrātibus ex auditu. Pręcipue uero au thores illi recipiēdi sunt qui ex officio publico, & fide probata scri pserunt. Dicit enim idem Metasthenes in eodem libro. Neq; tamen omnes recipiendi sunt qui de regibus scribunt: sed solū sacerdotes illius regni penes quos est publica & probata fides annalium suorū qualis est Berosus. Nam is Chaldæus omne tempus Assyriorum digessit, ex antiquorū annalibus Hęc ille. Ex his probari potest neminem de antiquis temporibus ante Christi ortū recipiendū esse nisi annalibus quatuor Monarchiarum conueniat. Et in Monarchia quidem Assyriorū quia publica fide scripsit Berosus, præcipue in eius descriptione recipitur, & Persæ eum secuti: ex quibus est Metasthenes: & Græci ex quibus sunt Xenophon in æquiuocis, & Arcilocus, & Eusebius. Reijciuntur à temporibus huius Monarchiæ Assyriorum qui priuatas opiniones contra publicam probatamq; fidem scribunt, ut ex Grecis Herodotus, Hellanicus, Agysilaus, & ex Latinis. Iustinus, Gellius, & Orosius. In secunda uero Monarchia Persarū, & Medorū author publicæ fidei fuit Metasthenes Persa: & Ecthe sias Guidus ut in. 3. libro Diodorus affirmat. Reiiciuntur in ea Iose phus ex Hebræis: & Clemēs, Tatianus, Aphricanus, & Eusebius ex Græcis, quia priuatas opiniones secuti contra publicam fidē ponūt reges & tēpora quæ in bibliotecis, & annalibus non reperiūtur. Nā & contra omnem publicā fidem scribunt Cyrum ante dedisse licen tiam Hebræis in Babylone captiuis: & ipsum etiam mortuum quam

Babylonia Darius eius auũculus potiretur. Proinde idem Eusebius quoniam in tertia Monarchia Græcorum, & in quarta Romanorum publicam annalium fidem sequitur, in utraq; recipitur. Similiter & Philo Hebræus uerax in omnibus comprobatur: quia nec in uno qui dẽ mense discrepat, quin fidelissime ad unguẽ omnia & singula tem pora describat. Reiiciuntur in his, Iosephus & Thalmudistæ, qui in multis tẽporibus de publico mẽdacio conuincuntur. Licet enim Iosephus ut plurimum historiæ ueritatẽ sequatur: in temporibus tamen sæpe fallitur, & cæteris, ac sibiipsi quo ad ipsa tempora sæpissime inuenitur contrarius, ut patet in libris antiquitatis Iudaicæ, & in aliis: quamuis aliqua in libris eius inuẽta, uitio scriptorũ ascribi possint. Alia uero a Talmudistis puramus esse deprauata. Ad emendationẽ igitur temporum oportet nos in primis diuina eloquia sectari: deinde ipsos qui sacras historias prosecuti sunt. Et quoniam, ut dictũ est, apud Hebræos Philo, apud Chaldæos Berosus, apud Persas Metasthenes, apud Græcos Eusebius excepta Monarchia Medorũ, & Persarum, & apud Latinos Hieronymus præsbyter scripturis diuinis una cõueniunt, ideo maximã authoritatẽ inter antiquos chronographos obtinent. Præfatos igitur omnes, & nos imitantes diuino prius auxilio implorato, adhibita etiam Astronomica cõputatione, quæ huic negocio plurimum confert emendationes temporũ destructis quorundam scriptorum erroribus graui labore, ac sudore ad cõmunem utilitatem descripsimus, exordium sumentes a prima hominum origine ac mũdi constitutione, ad ætatem nostram. Intermissis igitur protensis historiis, breui narratione digessimus canones temporum ex diuersis regnis, & ex illis præcipue quorum sermo diuinus meminit. Omnium uero annorum numeros in duo diuisimus tempora, uidelicet in præcedentia, & subsequẽtia Christi saluatoris aduentũ. Quæ omnia simul decem libris explicauimus. in primo nãq; disputauimus de annorum & temporum ratione. In succedentibus uero quattuor libris, ueram annorum computationem ostendimus ex col latis inter se temporum regnorum quattuor uidelicet Hebræorum, Italorum, Chaldæorum, & Aegyptiorum. In sexto annotauimus quo rundam Regnorum exordia ante Christi natiuitatem. In septimo, eiusdem Christi uitam subiunximus. In octauo catalogum Romanorum pontificum. In nono Imperatorum Romanorum tempora. In decimo demum gesta quædam a Christi resurrectione ad tempora nostra collegimus. Sicut autem nos hos temporum canones emendatos fideliter scripsimus, ita & a scriptoribus inde fidelis-

sime transcribantur. Dicit enim Hieronymus in præfatione in Esdram. Nihil proderit emendasse librum, nisi emendatio, librariorum diligentia conseruetur. Sed quoniam in annorum numeris facile contingere potest scriptoris error: ideo ubi fieri potuit eundem annorum numerum duobus modis annotauimus, uidelicet in contextu uerborum latino sermone: atque in margine characteribus arithmeticis, ut si contingat numerum aliquem uitiari, alter ex altero emendari possit. Ex ipsis etiam numeris exterius annotatis, annorum collectionem in calce descripsimus ut computatio ipse facillime fiat. Erit igitur opusculum hoc perutile non modo illis qui seculares, & humanas litteras discunt: sed ipsis præcipue qui litteralem sensum in scripturis diuinis quærunt: quoniam absque ratione temporum multa in eis latent: quæ ipsorum temporum uera supputatione manifesta redduntur. Prolixas etiam historias in aliis authoribus quiconque legerit: ex hoc temporum opusculo, singula eorum tempora reperiet: & inuentis diuersis ac uariis authorum sententijs inter se dissidentibus, eorundem temporum dissonantiam absq; multo labore poterit emendare.

INCIPIT PRIMA PARS ANNALIVM QVAE CANONICA DICITVR IN LIBROS DECEM DISTINCTA.

Liber primus de annorum, & temporum ratione, ac priscorum generatione.

PROLOGVS.

MVndum vnà cum tempore a summo Deo conditum esse fide tenemus ex verbis Moysi: qui diuino spiritu afflatus in libro Geneseos, omnia in principio, hoc est in exordio temporis ex nihilo creata esse affirmat. Quapropter ante omnia in hoc primo libro describemus annorum & temporũ rationem, ac priscorum generationem: quoniam à mundi constitutione gesta, quæ tempore metiuntur a nobis digerenda sunt. Vnde ab ipso tempore sumemus initium.

De primo die sæculi, de mense & anno. *Cap. 1.*

TEmpus in dies, menses, & annos distinguitur. Est aũt tẽpus numerus motus secundũ prius, & posterius, ut affirmat Aristoteles. 4. physicorum libro. Tempus quidem iuxta sanctum Thomã Aquinatem, motũ cœli sequitur. Vnde Macrobius libro Saturnaliorũ cap. 6. dicit. Tẽpus est certa dimẽsio: quæ ex cœli cõuersione colligitur. Est ergo tps numerus motus supremi corporis cœlestis, quod primum mobile dicimus. Huius motu sol rapitur ab oriente in occidẽte & iterũ in orientẽ integro circuitu quo dies naturalis cõcluditur: dies tñ artificialis ab ortu solis ad eius occasũ metitur. Dies autẽ naturalis quatuor & viginti continet horas æquinoctiales, quas æquales dicimus: dies vero artificialis, duodecim cõplectitur horas tpales quas inæquales appellamus: de quibus dñs ait Io. ii. capite. Nõne duodecim sũt horæ diei: Similiter & nox à solis occasu ad eius ortũ duodecim habet horas tẽporales, idest inæquales His horis temporalibus vtebantur olim Palæstini, Iudæi, Phœnices, Syri, Caldæi, Babilonij, & aliæ nationes. Nec hodie ipsarũ cognitio abiicẽda est. Nam eorũ

ſcientia in pluribus diuinæ ſcripturæ dictis nobis aperit intellectū. Vt enim Mathæi.20.capite dicitur, pater familias cōduxit operari os uineæ mane hora prima, tertia, ſexta, nōa, & undecima, & cap.27. ſcribitur. A ſexta aūt hora tenebræ factæ ſunt ſuper omnē terrā uſq; ad horā nonam. De his horis inæqualibus lege Oroſiū lib.7.cap.3. Dioniſiū Areópagitā in epiſtola ad Apolliphanē, Macrobiū lib. 2. de Somnio Scipionis: & Ioannē de monte Regio in ſuo calendario. Planetæ uero ultra motū diurnum ex raptu primi mobilis cauſatū: habent proprios motus in oppoſitū ab occidente in otientē in circu lo obliquo Zodiaci propter inferiorū rerum generationē iuxta ſen tentiam Ariſtotelis: & ſunt ipſi planetæ numero ſeptē, uidelicet ſupe rius Saturnus: deinde Iupiter: tertio Mars: quarto in medio Sol: quin to Venus: ſexto Mercurius: ſeptimo & ultimo Luna. Quapropter die rū circuitus ſeptenario cōpletur numero nō prædicto ordine plane tatum, ſed iuxta ipſorū dominiū in hæc noſtra inferiora elemēta, & elemetis cōpoſita. Nam, ut ait Hermes Triſmegiſtus, ueteres horarū temporaliū præcipui obſeruatores fuerunt Babylonii, qui dominiū planetarum per horas cognitū tanquam quoddam ſecretum paucis oſtendebāt. Diem enim quēcunq; in.12.horas, & noctem in totidē diuiſerunt: quas planetarū horas appellabāt: & eorum gubernationi dicauerūt: ac dies denominabant à planeta qui prima hora diei do minium habebat. Inrer omnes autē planetas Sol excellētiſſimus eſt omnium maximus: & inter tres ſuperiores ac tres inferiores poſitus tanquam rex in medio regni ſui, lumē & uirtutem cæteris effundit. Ideoq; tēpus primo die lucē ꝓduxit, hoc eſt Solis corpus lucidū, ut authot eſt Dionyſius Areopagita.4.ca. de diuinis nominibus. Tunc enim Soli data eſt lux in diſtinctionē dierum, & ad uirtutē quandā cōmunē. Quarto uero die indita eſt ei ſpecialis ac determinata uir tus ad ſingulariū effectuū productionē, ut ſanctus Thomas optime declatat. Fuit ergo primus dies Solis: & ptima hora illius diei ab ei us ortu ipſe Sol dominiū ſumpſit. Secūda hora eiuſdē diei dñiū acce pit inde ſequēs inferior planeta, uidelicet Venus: hora tertia Mer curius: quarta hora Luna: quinta Saturnus iuxta circulum planeta rum: ſexta Iupiter: ſeptima Mars: octaua rurſum Sol & deinceps eo dem ordine: itaq; Soli cōpetit & hora tertia noctis & decima. Hora uero noctis ūdecima regnat Venus: ac duodecima ſcilicet ante aliū Solis ortum regnat Mercurius diſtributis ut dictum eſt ſemper duo decim horis diei: & duodecim nocti. Quod quidē Moyſes exprimit dum terminū diei artificialis ac terminū noctis ponit cum dicit, &

factum est vespere, & mane dies unus, uidelicet naturalis artificialē diem cum ipsa nocte cōplectens. Nam uespere cōpleto die artificiali & sequēti mane cōpleta nocte integer naturalis dies perficitur: qui mensuratur ab vno Solis ortu ad alterum: & tunc cōpleta nocte ipso mane rursum oritur Sol: & incipit altera dies: cuius hora prima regnat ipsa Luna quæ post Mercurium sequitur: qui præcedēti. 12. hora noctis regnauerat. Ideoq; secūdus dies à Luna denominatur & Lunæ dies dicitur: & sic deinceps tertius dies à Marte nomē accipit: 4. à Mercurio quintus à Ioue: sextus à Venere: septimus à Saturno. Secūdum vero Hebræos numero tantū modo distinguūtur dies hebdomadæ: & septimus sabbatū, i. requies dicitur eo ꝙ Deus sex diebus cūcta creauit: Et septimo quieuit ab omni opere quod patrarat. Cū ergo septē tantū modo sint dies hebdomadæ: & inde post sabbatum quæ est dies septima fiat reuersio ad primā diem Solis quæ nūc Dñica dicitur ob Christi resurrectionē: manifestū est mūdū Dñica die creatū fuisse in ortu Solis, qñ eiusdem diei Sol dominium habet. Sic ergo secundū odinē creationis, dies à Solis ortu sumunt initiū: & dies artificiales pcedūt noctes. Sed Hebræi post datā legē à Moyse a vespera usq; ad uesperā enumerāt dies, & celebrāt sabbata sua, ut dicitur Leuit. 23. & apud eos noctes præcedunt dies. Quem ordinē seruāt Itali: qui ab occasu Solis ad sequentem uesperā, diem horologio. 24. horarū numero metiuntur. Astrologi uero dies computāt a meridie, eo ꝙ certiorem notitiā accipiant de motu Solis circulo meridiano ob rectitudinem: quā orizonte tam orientali, ꝙ̃ occidentali propter obliquitatē. Eadem etiā ratione mediam noctem obseruāt in cursu syderum. Hunc morem sequūtur Galli qui diem naturalem duodecim horis æqualibus bis reuolutis metiētes sēper habent horam duodecimam completam media nocte: nec non & meridie. Romani uero antiquitus diei sumebant initium à media nocte. Et quæ libet natio ab libitum, diei habet exordium. Dicit enim Macrobius lib. primo Saturnaliorum, cap. 2. Populum Romanū, Marcus Varro dixit dies singulos annumerare à media nocte, ad mediā proximam. Athenienses uero à Solis occasu ad Solem iterū occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere. Babylonis porrò aliter. A Sole enim exortu, ad exortum eiusdem incipientem: id spatium unius diei nomine nocere. Vmbros uero unum & eundem diē esse dicere à meridie ad insequentem meridiem. Hæc ille. Ex diebus igitur multiplicatis iuxta numerum Planetarum hebdomada constituitur. Ex diebus insuper collectis iuxta motum Lunæ ab uno eius

congressu cum sole ad alium cõcluditur mensis lunaris: qui constat ex diebus 29. horis. 12. ac minutis. 44. iuxta mediũ ipsius motum. Hinc necesse est, ut una lunatio sit. 30. dierum: & altera. 29 alternatim. Fiuntq; quodecim menses lunares numero diernm. 354. Menses aũt solares fiunt paulo maiores: quorum alibi sunt. 30 dierum: aliqui triginta unius, ut patet in Calẽdario Romano. Ex tribus men sibus constituuntur singula quatuor tempora scilicet ueris, ęstatis autumni, ac hyemis iuxta duo equinoctia quoq; solstitia. Ex cursu vero solis, annus consurgit: qui continet dies 365. & ferè sex horas: ex quibus in quatuor annis conflatur dies intercalaris: qui & bissextilis dicitur: additis vidilicet ad duodecim menses lunares diebus vnde cim: & prædicto quadrãte diei, ut fiat integer solaris annus. Hæc omnia Moyses tanquam peritissimus Astronomus, ac Theologus insinuat dicens. Dixit autem dominus. Fiant luminaria in firmamento cœli: & diuidant diem, ac noctem: & sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Die artificiali ac nocte simul concluduntur dies naturalis. Signo cõprehenditur mensis, eo quòd sol quolibet mẽsis vnum duodecim signorum pertranseat. Tempus vero tribus mensibus, ut dictum est, clauditur: necnon & duodecim mensibus integro solis cursu annus impletur.

De mense, & anni tempore quo creatus est mundus. *Cap. 2.*

QVoaute mense quo ne anni tẽpore conditus fuerit orbis non est nobis aperte manifestũ ex diuinis eloquijs sed hoc sub diuersa opinione versatur. Nam licet omnes authores vnã cõueniant dicentes mundũ in æquinoctio creatum: inter se tamen differunt: quoniam aliqui dicunt ipsum conditum in æquinoctio autũnali: alij vero in æquinoctio veris. Qui ponunt mundi principiũ in æquinoctis autumnali has rationes adducunt. Prima eorum ratio hæc est quam ponit Bachon. Tũc enim fuit principium sæculi cum incipit annus apud antiquissimos: qui fuerunt propinquiores creationi orbis: quoniam mox creato mundo incepit primus annus sæculi. Sed antiquissimi scilicet Indæ: Aegyptij: Persæ Greci: & oẽs orientales nationes annum incipiunt ab æquinoctio autũni. Ergo tunc fuit mundi principium. Quod autem Iudæ incipiant annum ab autumno, ex hoc patet, quoniã tunc est anni principium, quãdo est anni finis, cũ annus sit reuolutio solaris motus ab vno puncto ad eũdem in Zodiaco, vt affirmat Ptolemæus in Almagesto: & Albategin libro de motibus.

ſtellarum. Finis autem anni apud Hebræos eſt in autumno,ut plurimum in menſe Septembri,quando celebratur apud eos feſtum tabernaculorum. Nam dicitur Exo.23. Solennitatem quoq; facies in exitu anni,quãdo cõgregaueris omnes fruges tuas de agro. Et ſimiliter Aegyptii, Perſæ, Græci, & omnes orientales ab æquinoctio autumnali iuxta tabulas Alphonſinas accipiũt anni principium. Secunda 2
eorum ratio talis eſt. Tunc fuit mundi principium quãdo fructus & fruges in agro colligũtur: quoniam fructus tunc ſuam perfectionem habent:& dei pfecta ſunt opera, ut dicitur Deutero.32. Vnde homo mox creatus uetitũ pomũ comedit: quod tunc cũ alijs fructibus fuerat creatũ. Sed ipſi fructus in autũno colliguntur, ergo tũc fuit mundi principium. Tertia uero ab ipſis hæc ratio infertur. Menſis Niſan 3
qui eſt in æquinoctio uernali per Moyſen Exod. 12. decernit primus in mẽſibus anni nõ in memoriam creationis mũdi: ſed liberationis ab Aegyptiaca ſeruitute quæ fuit in uerno æquinoctio. Nã prius Iudęi in Aegypto incipiebãt annum ab æquinoctio autũnali iuxta morem Aegyptiorũ, ut dicit Ioſephus in primo antiquitatũ capite.5. & ob ipſum beneficiũ liberationis ab ægypto mutatũ eſt anni principium cũ dicatur. Exod.12. Menſis iſte uobis principium mẽſium primus erit in menſibus anni. hanc oppinionẽ tenuit Rabi Eliezer, & quidam Hebræi ſequẽtes eum:nec non & Bachon & nonnulli catholici. Qui uero ponũt mundi principiũ in uerno ęquinoctio prędictas rationes facile ſoluẽtes aliis rationibus innitũtur. Primo qui- 1
dem dicunt non eſſe ualidum argumentũ cum dicitur tunc incepiſſe mundum,quãdo eſt anni principiũ apud antiquas nationes: quoniã anni exordinum ad placitũ hominum eſt,cum diuerſis anni tẽporibus apud uarias nationes initiũ anni ſumatur. Nam apud Arabes anni principiũ eſt media æſtate Sole exiſtente in Leone, ut dicit Iulius Firmicus lib.3.& Macrobius in libro de ſomnio Scipionis. Apud Aegyptios in æquinoctio autũnali,ut placet Alphonſo: quoniam ipſi enumerant annos à Naticio diluuio qđ dicunt incepiſſe autũnali tempore. Apud Alexãdrinos.4 calendas Septembris, ideſt die.29. Auguſti ,ut refert Paulus epiſcopus Foroſemproniẽſis lib.8 primæ partis ſuæ Paulinæ. Apud Romanos tẽpore Cęſaris poſt hyemale ſolſtitium calẽdis Ianuarii: ac prius tẽpore Romuli in Martio iuxta æquinoctiũ uernum erat anni principiũ. Apud Hebręos autẽ erat anni duplex exordium,ut Paulus epiſcopus Burgẽſis ex diuinis eloquiis probat. Primum quidẽ ſumebatur ab æquinoctio uerno dicẽte domino Exod.12. Menſis iſte ſcilicet Niſan,iuxta uernũ æqui-

noctium uobis principium mensium primus erit in mēsibus anni. A quo primo mense tanquā ab exordio solennitates cōputabuntur, quia in mense tertio cōputato à primo mēse fiebat festū hebdomadarum, idest pentecostes: & in mēse septimo erat festum tubarū &c. Similiter ab hoc principio cōputabantur gesta principū, ut patet de templi ædificatione per Salomonē: de qua dicitur. 3. Reg. 6. Factum est quadringētesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti & c. ædificere cœpit Salomō domū domino. Secundum uero anni exordiū erat septimo mense qū redeunte anni tempore cuncta cōduntur, ut patet Exodi. 34. Ab hoc initio cōputabantur anni qui pertinebāt ad sabbatū, idest requiem terræ: de quibus dicitur Leuit. 25. Sex annis feres agrū tuum &c. Septimo autē anno sabbatum erit terræ requietionis domini. A quo etiā principio computabatur annus iubileus: qui post septē hebdomadas annorū celebratur, ut ibidē scribitur. Nō ergo ab initio anni accipitur efficax argumentū ad probandum orbis exordiū: sed à ratione conuenienti principio rerum: quā sequitur Ptolemæus, & oēs antiqui Astronomi orientales: qui licet anni principiū habuerint autumno: tamen motuū cœlestium corporum initium sumunt ab æquinoctio uerno ex ipsa conuenienti ratione principij. Nam Ptolemæus in Quadripartito hoc intium sumit à primo gradu Arietis: quod est signum masculinum, igneum, orientale, in uernali æquinoctio situm. Tunc enim est principium ueris: quod est tempus innouationis, germinationis, & generationis. Dicit nāq; Alchabitius. Vocatur illa quarta pars circuli quæ est ab initio Arietis usq; in finem geminorū. quarta calida, hnmida, uernalis puerilis sanguine. Et Albategni in libro de locis motuum stellarū 2. capita dicit. Primi antecessores nostri punctū uernalem plus cæteris aptum initius intellexerūt. In hoc enim tempore post æqualitatem, dies augmentum ineunt, sol ascensionis initiū uersus mediū cœli septētrionalis ingreditur caloris uires administrantur. Huius etiam natura temporis humiditati cōcordans, calorīq; declinaus initio crescendi, & rerū existētiæ assimilatur. Ab
2 eo ergo principium assūpserunt. Hæc ille. Secundum dicunt tempus ueris esse tempus perfectionis. Dicit enim Linconiesis. Decuit quidem mundū tempore uernalis æquinoctij incipere quia est temperatissimum temporum: & tempus generationis: & perfectionis. Dies autem æquinoctialis autūnalis est in tempore corruptionis. Ex hoc soluitur prædicta secunda præcedentis opinionis ratio de pfectione fructum. Qoam etiam soluit Ioānes in sua summa Anglicana pri-

ma parte, distinctione prima, capite primo dicẽ. In æquinoctio autũnali fructus nõ sunt in sua maxima perfectione, quia tũc perfectũ est in diminutione. Et non obstante ꝙ tunc arbores fructus habeant maturos & cæteræ plantæ: eorum tamen perfectio cito deficit eo ꝙ ad tẽpus illud appropinquat hyems quæ corruptionis occasio est rerũ inferiorũ. Sed in æquinoctio uernali omnia tẽdunt ad suã perfectionẽ, & ad incrementũ: nec ex tunc ex maiori parte anni hyemalis tempestas nocebit. Vnde ex simili causa dicunt omnes Astrologi domos sequẽtes angulos maioris esse perfectionis, & fortioris dominus cadentibus ab angulis, eoꝙ sequentes sunt in acquirendo suas fectiones, cadẽtes uero in deperdẽdo. Sic & ista inferiora in uernali æquinoctio acquirunt suas perfectiones: & in autumnali deperdunt eas, Cuius signum est quiast atim post æquinoctiũ autumnale folia cadunt de arboribus, & omnia uiretia marcerscunt. Itẽ in quibusdã terris, & regionibus fructus sunt maturi, in æquinoctio autũnali. & in quibusdam diu ante: & in aliis diu post: & ideo non procedit nec urget illud argumentũ. Hæc ille. Vnde in principio mũdi Deus etiã ueris tẽpore creauit fructus maturos, & præcipue in paradiso uoluptatis loco amœnissimo, ubi sunt omni tempore cõtinui fructus, & ibi Adam uetitum pomum comedit. Patet etiam nauigantibus sub circulo æquinoctiali ꝙ in illis insulis bis in anno colligũtur fructus

Tertio dicũt Moysen anni principium instituisse, ex ordinatione diuina tempore ueris non solũ ex beneficio liberationis ex Aegypto, 3
sed etiam quia tunc creatus fuerat orbis, ut Rabi Iosue Hebræus, & qui sequuntur eũ probare conantur. Dicunt enim ꝙ Hebræi ante ingressum eorũ in Aegyptum annũ incipiebãt ab æquinoctio uernali ex antiqua patrũ cõsuetudine: qui nouerã mundum creatum tẽpore ueris: & huic cõuenit Glossa quæ dicit super illud Gen. 35. Egressus aũt inde Iacob uenit uerno tẽpore, quo scilicet factus est mũdus. sed quoniã diu mãserunt in Aegypto: ideo tũc secuti sunt consuetudinẽ Aegyptiorũ qui ab autũno annũ exordiebãtur. Vnde bene dicit Iosephus. Hi scilicet Hebræi in Aegypto annũ constituerunt. Non. n. erat necesse cõstituere annũ in Aegypto nisi prius aliter annũ incipierẽt, antequã ingrederẽtur Aegyptũ. Quapp Deus eduxit populũ suũ de Aegypto eo tpe, quo creatus est mũdus, ut reduceret anni principiũ sicut erat ab exordio mũdi: & ut diuerteret populũ suũ ab Aegyptiorum cõsuetudine. Secundũ Iosephũ Aegyptij incipiebant annũ ab autũno qñ fuit diluuiũ Noe: qđ incepit, ut ipse Iosephus testatur, mense secũdo ab æquinoctio autũnali: quãuis aliqui exponãt illud

Gen.7. Anno ſexcẽteſimo uitæ Non mẽſe ſecũdo incepiſſe diluuiũ: ut referatur ſecũdus mẽſis ad ætatem Noe, hoc eſt quod innũdate cepit diluuiũ mẽſe ſecũdo poſt ſexcẽteſimũ annũ ipſius Noe. nõ mẽſe ſecũdo ſiue ueris, ſiue autũno, utati exponunt. Permiſit tñ Moyſes in ſabbato requitiõis terræ, & Iubilei ut ab autũno Iudei etiã aliquo modo ſumerẽt ãni exordiũ ob fructuũ collectionẽ. Nec tamẽ in ſcripturis diuinis ille menſis fructuũ dicitur primus ſed ſeptimus, quoniã apud Hebræos principale annorũ initium erat in uere: ſecũdarium ueræ ex accidenti erat in atũno. Quarto dicũt Chriſtum ideo paſsũ eſſe uerno tẽpore, feria ſexta, hora ſexta, ut ſatisfaceret ꝓ peccato hominis perpetrato in exerdio mũdi, qñ creatus eſt homo ipſe feria ſexta, qui & hora ſexta peccauerat, quod myſtica & probabili ratione inferri poteſt. Hanc ſecundã opinionem tanquã efficacius probatam ſequũtur plures antiqui, & grauisſimi doctores, uidelicet Hieronymus, Ambroſius, Baſilius in examerõ, Ioãnes Damaſcenus. Beda, Rabanus ſuper Exodũ. 12 capite: & magiſter hiſtoriarum ibidẽ, Iſidorus lib. etym. ca. de tẽporibus, Ioãnes de Sacrobuſto ca. de. regulari ſolari, Seruius in primũ Georg. Liconiẽſis, Gualterius monachus in libro de ætate mũdi, Elpacus in libro de Aſtrologia, Paulus eps Foroſempromẽſis & plures alii. Ioannes nero in ſũma Anglicana ſic dicit. Hanc quæſtionẽ an mũdus fuerit creatus in æquinoctio uernali uel autũnali determinare non audeo. Sed ſi audetẽ, non ſuffi cerẽ, Rationes aũt(ut mihi uidetur) plures & fortiores ſunt pro illa parte, ſcilicet quod mũdus ſit creatus in æquinoctio uernali. Hæc ille. Nos ergo ualidioribus uicti ratiõibus opinãur, licet nobis certũ nõ ſit, qđ mũdus uerno tpe creatus fuerit: & hãc opinionẽ ſequimur in annorũ cõputationibus, ſicut librorũ Regum author ſequitur in enumeratione annorum ab egreſſu filiorum Iſrael de Aegypto.

De temporum, & ætatum ſæculi diſtinctione. Cap. 3.

DEcurſus tẽporũ ab initio ſæculi ad eius finẽ diuerſis modis diſtinguitur. Cõmuni quidã ac generali modo in tria præcipue tẽpora ſecatur iuxta triplicẽ Dei legẽ, uidelicet in tẽpus legis naturæ: in tempus legis ſcriptæ per Moyſẽ & intẽpus legis gratiæ per Chriſtũ. Speciali uero modo ſecũdũ doctores catholicos in ſeptẽ partes diſtinguitur iuxta ſeptẽ ætates hũanæ uitæ, quæ diniditur ſecudũ ipſius hominis mutatiões per totũ tps humanæ uitæ, uidelicet infantiã pueritiam,

pueritiam, adolescentiã, iuuentutem, uirilitatem, senectutẽ, ac decrepitam. Et licet quidã doctores describant fuisse quinq; ætates ante Christi aduentũ: & ipsum Christum in sexta cõstituant: animasq; decedentiũ in septima ponant: nõ cõsiderantes ꝙ ætates cõpetunt hominibus uiuẽtibus in præsenti sæculo non animabus à corpore seiũctis: quæ a tpe ipso remotæ non potiũtur uita humana cũ anima nõ sit homo: sed cõiunctum ex anima, & corpore: potius rñ secundũ scripturas canonicas & Philonẽ Hebræũ atq; Ioannẽ Damascenũ sex ætates ante Christum annumerãdæ sunt: & ipsum Christum qui circa finem sæculorum carnem assumpsit in septima fuisse censendum est, cum sæculi ætates distinguãtur ex aliqua excellenti mutatione facta circa homines uiuẽtes in hoc sæculo, quæ septies in scripturis le
1 gitur. Prima igitur mũdi ætas est orbe cõdito ad uniuersale aquarum diluuium, quo ipse mũdus aqua summersis prauis hominibus
2 in melius innouatus est. Secũda ab ipso diluuio usq; ad Abrahã patre multarum gentium à Deo constitutum: cui data est lex circũci-
3 sionis: & eidẽ specialis promissio de Christo facta est. Tertia ab ipso Abraham usq; ad legẽ latã per Moysen cũ populus in tabulis lapi
4 deis præcepta diuina recepit. Quarta à lege Moysi, & inchoato sœdetis tabernaculo ligneo ac mobili usq; ad regẽ Dauid: cui rursus facta est repromissio de Christo: uel usq; ad inchoatũ Salomonis tẽplũ lapideũ ac stabile. Vnde satis miramur cur quidã omittant ætatem factã ex mutatione per legẽ Mosaicã, quæ præcellens est & cõsideratione digna: atq; tertiã cũ quarta eandẽ esse affirment ætatẽ, à septenario numero unã detrahẽtes. ita ut absq; cõgrua ratione coacti sint addere septimã animarum separatarũ ætatem quæ ad sæculi uitam non pertinet, ut iã diximus: & eo magis miramur cur tempore legis latæ per Moysen nõ distinguant ætatẽ, cum tũc fuerit ipsa distinctio trium principalium temporũ de quibus dictũ est. Quinta uero ætas
5 inde subsequitur a Dauid, uel a templo Salomonis inchoato usq; ad
6 ipsius tẽpli desolatione in captiuitate Babylonica. Sexta a templi de
7 solationẽ usq; ad Christi natiuitatẽ Septima demũ ab ortu Saluatoris, & deinceps usq; in sæculi finẽ. Has etiã septẽ ætates eodẽ modo distinguit Ioannes Damascenus in 2. lib. dicens. Dicũtur septẽ sæcula mundi huius a cœli & terræ uidelicet creatione usque ad cõmunẽ hominum consumationem, & resuscitationem. Octauum autẽ sæculum est quod futurum est. Hæc ille. Eadem septẽ sæcula ita digerit sicut & nos, cõmentator eius Iudocus Clictoueus ut in eius cõmentarijs apparet. Iuxta uero ethnicos Italos sex distinguũtur sæcula secũ

dum genera metallorum, ita quòd primum sit sæculum aureum, secũdum argenreum, tertium æneum, quartum stanneum, quintum ferreum, sextum plumbeum, ut uberius dicemus in sequentibus.

De procera gigantum statura in priscis ætatibus. Cap 4.

IN prædictis mundi ætatibus, a prima, ad ultimã corpora humana plurimum decreuerunt. Nã si cõparemus corpora hominũ ætatis nostræ ultimæ, ad corpora eotum qui prioribus ætatibus floruerunt, cognoscemus nostra minima esse, qm̃ ipsi gigantes fuere proceræ celsitudinis, ut uix a nostri tẽporis hominibus credi possint. Quòd aũt tunc fuerint gigantes, diuina scriptura cõmemorat eos & præcessisse diluuium, & postea etiam subsecutos diuersis tẽporibus. Nã Gen. 6. cap. dicitur. Gigantes enim erant super terrã in diebus illis, hoc est ante diluuiũ. De ipsis uero qui post diluuiũ fuerunt dicitur Deute. 2. Non pugnes cõtra Moabitas. Emim primi fuerunt habitatotes eius, populus magnus, & ualidus, & tã excelsus, ut de Enachim stirpe quã si gigãtes crederẽtur, & essent similes filiotũ Enachim. Deniq; Moabites uocant eos emim. Et infra. Terra filiorũ Amon, terra gigantũ reputata est, & in ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Amonitæ uocant Zomim, populus magnus, & multus, & proceræ longitudinis sicut Enachim. Dicebantur enim Enachim gigantes ex Enochia ciuitate quã ædificauit Enoch filius Cayn denominans eam Enoch, a nomine suo, unde dicti sunt gigãtes Enachim, uel potius Enochim. Nõ est ergo putandum fabulosum quod narratur de magnitudine gigãtum. Nam Augu. in 15. de ciui. Dei cap. 9. dicit. Nobilissimus poeta, scilicet Virgilius in 12. Aeneidos de ingenti lapide quẽ in agrorũ limite infixũ uir fortissimus illorum temporum pugnãs, & rapuit, & cucurrit, & intorsit, & immisit. Vix illi lecti bis sex ceruice subirent, Qualia non hominum producit corpora tellus, significans maiora tunc corpora producere solere tellurẽ. Quãto magis igitur tẽporib. recẽtiorib. mũdi ante illud notabile, diffamatũq; diluuiũ. Sed de corporũ magitudine plerũq; incredulos nudata p uetustatẽ siue p uim fluminũ, uariosq; casus sepulchra cõuincũt, ubi apparuerũt uel unde ceciderũt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse nõ solus sed aliqui mecum in Vticensi littore, molarem hominis dentem tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos minutatim conscinderetur, centum nobis uideretur facere potuisse. Sed illũ gi-

gantis alicuius fuisse crediderimus. Hæc Aug. Solinus etiã in libro de mirabilibus mũdi ca. 5. ait. Scripta quoq; quæ ex antiquitate memorias accersunt in fide ueri, quibus receptũ est, ꝙ bello Cretico cũ elata flumina plusquã ui amnica terras rupissent post discessum fluminũ inter plura humi dissidia humatũ corpus repertum cubitũ trium atq; triginta: cuius spectandi cupidine Lucium Flaccum legatũ Metellum etiã ipsum impẽdio captos miraculi qđ auditu refutauerant, oculis potitos. Hæc ille. Nec audiẽdi sunt ille qui dicunt gigãtes ex Dæmonibus incubis natos fuisse, ex eo ꝙ dicitur Gẽ. 6. c. Postꝙ ingressi sunt filij dei ad filias hominũ: illæq; genuerũt: isti sunt potẽtes à seculo uiri famosi. Nõ .n. filij dei, hoc est angeli lucis concũbunt cũ mulieribus sicut quãdoq; faciũt incubi dæmones ut nõnulli affirmãt nõ sanè intelligẽtes diuina eloquia. Nã per filios Dei intelligũtur filij descẽdẽtes ex linea Seth: qui dicebãtur filij Dei propter uerũ Dei cultũ qui in eis uigebat: quorũ plures ante diluuiũ cõtra pcepta partũ suorũ acceperunt in uxores filias ex Cayn descendẽtes, cuius prõgeniti dicebãtur filij hominũ, quia terrena & humana sapiẽtes a Deo discesserãt. Gigãtes aũt nõ nisi ex gigãtib. gigni possunt: quia secundũ naturã unũquodq; animal generat sibi simile uel æquale, nisi forte accidat uirtutis debilitas: uel abũdãtia ingenerãte. Nã homo magnus magnũ: & paruus paruũ sibi similẽ ut plurimũ generat. Si tñ deficiat in generante uirtus in magnus paruũ gignit qđ facile potest accidere: & si abundat uirtus in paruo, magnũ qñq; generat: sed nõ excessiua quãtitate maximũ. Nõ enim in paruo homine põtesse tanta uirtus ut gignat gigãtẽ tãtę magnitudinis ut in decuplo excedat generãtis quãtitatẽ uel multo amplius: sicut nõ est possibile ut canis gñret catulũ: qui crescat & perueniat ad elephantis magnitudinẽ. Gigantes aũt cæteros homines maxima quãtitate superabãt ut exploratores Iudæorũ qui ad cõspiciendã terrã Canaã missi fuerant, testati sunt dicẽtes, ut scribitur numeri. 13. ca. Populus quem aspeximus proceræ staturæ est. Ibi uidimus monstra quædã filiorum Enach de gñere giganteo: quibus cõparaui quasi locustæ uidebamur. Quia ergo gigãtes etiã fuerunt post diluuiũ cum omnes ex Noe & filiis eius & uxoribus origine traxerint, oporter fateri ipsũ Noe & filios, atq; uxores fuisse gigãtes: quod & affirmat Berosus in libro antiquitatũ. Dicit ẽr idem Berosus ante diluuiũ circa Libanũ fuisse Enos siue Enoch urbem maximã gigantũ qđ & rationi consentaneũ est: qm̃ si Noe & filii eius fuerunt gigãtes oportet dicere etiã Adam ex quo illi & cæteri gigãtes orti sunt, fuisse gigantẽ

& inter omnes maximũ. Quod & affirmat Methodius episcopus: qui dicit Adam genuisse filium Seth gigantem secundũ multitudinem suam Idẽ probari potest diuina scriptura. Scribit enim Iosue. 15. ca. Nomen Hebron antea uocabatur Chariararbe. Adam maximus ibi inter Enachim situs est. Vbi describitur sepulchrũ protoplasti Adã, ut ait Hieronymus in lib. de locis hebraicis Adam ergo gigantum maximus inter gigantes qui dicuntur Enachim, conditus est. Cũ.n. scriptura ibi loquatur de gigantibus, & de sepulchro corporis Adæ, ac dicat Adam maximũ, patet, quòd non loquitur de dignitate originis nec de magnitudine uirtutis animæ, sed de proceritate corporis eius quod ibi sepultum erat. Sepulchrũ namq; non animæ nec cu iuscunq; dignitatis, sed tantũmodo corporis locus est. Oportebat autem ipsum esse maximũ corpore cum primus fuerit a quo cæteri gigantes originem duxerunt. Processu autem temporis deficiente virtute naturali paulatim homines statura decreuerunt: sicut & modo tempore nostro videmus. Vnde Plinius Secundus doctissimus homo, ut ait Aug. in. 15. de ciuitate Dei cap. 9. Quanto magis magisq; præterit sæculi excursus minora corpora naturam ferre restatur. Quod etiam Homerum commemorat sæpe carmine fuisse conquestum non hæc uelut poetica figmenta deridens: sed ita historicã fidem tanquam miraculorum naturalium scriptor assumens. Ab initio autem sæculi fuerunt corpora maiora robustiora, & perfectiora: nunc autem sunt parua, imbecillis, & imperfectioris virtutis. Et licet corpus Christi fuerit perfectissimum non tamen necesse fuit ut haberet corpus quantitate gigantis procerum: sed oportuit illud esse simile corporibus aliorum qui in ea ultima sæculi ætate uiuebant. Vnde & crucificus est media ætate iuxta cursum humanæ vitæ, qua homines eiusdem ætatis uiuere solebant, eo quòd, ut Apostolus dicit ad Hebræ. 2. debuit per omnia similis fratribus fieri.

De uita prolixa priscorum patrum. Cap. 5.

PRiscorum patrum ante diluuium in prima ætate, & postea in secunda prolixam uitam describit Moy es in libro Genefeos. Numerus autem annorum patrum qui in prima ætate fuerunt Gene. 5. ita digeritur iuxta Hebraicam veritatem.

1 Adam vixit annos nongentos triginta.	930
2 Seth nongentos duodecim.	912
3 Enos nongentos quinq;.	905

4 Caynam nongentos decem. 910
5 Malaleel octingentos nonagintaquinq;. 895
6 Iareth nongentos sexagintaduos 962
7 Enoc trecentos sexagintaquinq;. 365
8 Mathusalem nongentos sexagintanouem. 969
9 Lamech septingentos septuagintaseptem: 777
10 Noe annos nongentos quinquaginta, ut dicitur Gen.9. 950

Numerus uero annorum partum, qui fuerunt in secunda ætate post diluuium, Gen.11. ita describitur.

1 Sem uixit annos sexcentos. 600
2 Arphaxat trecentostriginta & octo, uel secundũ Hebræos.438 338
3 Sale quadringentos trigintatres. 433
4 Heber quadringentos sexagintaquatuor. 465
5 Phalech ducentostrigintanouem. 239
6 Rehu ducentostrigintanouem. 239
7 Saruch ducentostriginta. 230
8 Nachor centumquadragintaocto. 148
9 Thare annos ducentosquinq;. 205

Sicut in hac secunda ætate à prima numerus annorũ decreuit, & paucioribus annis uixerunt: ita & in tertia minorem duxerunt uitam.

Abraham enim uixit annos centũ septuagintaquinq;. Gen.25. 175
Isaac annos centum octoginta. Gen.35. 180
Iacob centum quadragintaseptem. Gen.47. 147
Ioseph centum & decem. Gen.59. 110

Dubium autem oriri potest, qualiter prædicti anni antiquorum hominum accipiantur, cum multis modis apud diuersos annos dicatur. Dicit enim Xenophon in libro de æquiuocis. Annus diuersus est. Etenim ipsi Aegyptii utuntur anno quandoque menstruo, sæpe bimestri: non raro trimestri: sæpe quadrimestri: nonnunquam solari. Quæ uarietas etiam ex nostris, qui ab eis litteras habuerunt, sapientes coegit aberrare. Iberis annis quadrimestris ut plurimum est, rarissime solaris. Econtra Chaldæi cum in antiquitate disciplinarum suarum utantur menstruo: in cæteris semper solarem se intelligere fatentur. hæc ille. Sed proprie duæ sunt annorum rationes a diuersis nationibus & gentibus usu habitæ, uidelicet solarium, & duodecim lunationum, ut dicit Paulus episcopus Forosempronienſis parte prima suę Paulinæ libro.2. Nam Persæ, Chaldei, Aegyptii, & Alexandrini solares annos semper obseruarunt, licet intercallatione diei ex quadrãtibus resultãtis dissenserint. Sed Prisci Romani & Græci Lunares annos custodie

runt, quos tamen per embolismos ad Solis cursum reducere solent. Iuniores uero Romani per Iulium Cæsarem aq Alexandrinis edoctũ, solares annos recepetunt. Arabes Lunares annos puros & immistos obseruant. Sed Hebræi mediam quandam misturam ex anno solari, atque lunari confectam in usu habent, quoniã annos lunares per men sem embolismum anno tertio, uel quandoq; secundo supradictũ ad Solis cursum reducunt. In scripturis diuinis usus Hebræorũ seruatur sicut & ordinauit Noe Qui, ut ait Berosus in 3. antiquitatum, docuit suos astrorum cursus, & distinxit annum ad cursum Solis, & duodecim menses ad motum Lunæ. Prædictos autem annos priscorum patrum, quos describit Moyses, non fuisse menstruos, ut quidã olim fal sò putauerunt, sed annos quidẽ solares continentes lunares menses duodecim & 11. dies manifeste probatur ex uerbis Moysi, qui in eodẽ libro Geneseos, ubi ponit præfatũ annorũ numerũ, affirmat Noe cum filiis & uxoribus tempore quo factũ est diluuiũ, in arca mansisse per integrum annũ solarẽ, ut etiã ex eius uerbis cõputat Aug. in 15. de ciuitate dei. Nam Gen. ca. 7. principiũ diluuii fuisse describitur an no sexcentesimo uitæ Noe, & sequẽti capite dicitur ipsum cõpletum esse anno sexcentesimo primo eiusdem: atq; a principio ad finem intercesse duodecim lunares menses ac decem dies, quæ cõficiũt annũ solarem minus uno die. Vt enim ibi dicitur, anno sexcentesimo uitæ Noe mense secundo, septimo & decimo die mensis rupti sunt omnes fontes, abyssi, magnæ, & cataractę cœli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram. 40 diebus & 40. noctibus, obtinueruntq; aquæ terram centum quinquaginta diebus, hoc est mensibus lunaribus quinque. Requieuitq; arca mense septimo 27. die mensis super montes Armeniæ. At uero aquæ ibant & decrescebãt usque ad decimũ mensem. Decimo enimmensepr ima die mensis apparuerunt cacumina mõtium. Ex quo patet uniuersam terrã aquis opertam fuisse nouem mẽsibus, quod etiã confirmat Xenophon in libro de æquiuocis affirmans diluuium illud primũ fuisse nouimestre. Deinde cũ trãsissent. 40. dies, emisit semel coruũ: postea bis colũbã spacio triũ hebdomadũ. Tãdẽ ita ibi cõcluditur. Igitur sexcẽtesimoprimo anno uitæ Noe primo mẽse, prima die mensis imminutæ sunt aquæ sup terram. Et infra mense secundo septimo & uigesimo die mẽsis aresacta est terra. Tunc ad iussum dñi omnes de arca exierunt. Cũ ergo intrauerint arcã sexcentesimo anno uitæ Noe, secundo mense. die. 17 eiusdem, & postea transactis 12. mensibus lunaribus, ac diebus decẽ, eodem. s. secũdo mense die. 27. eiusdem inde exierint, anno sexcentesimoprimo uitæ Noe

patet Moysen ibi & etiam alibi locutū fuisse de anno solari. Nam, ut ait Augu. ibidē, si tale menses erant, tales profectò & anni erant, qua les nunc habemus: ac per hoc tam magnos annos uixerunt illi antiqui usq; ampliu s quā nongentos, quantos postea uixit Abrahā centū sep tuagintaquinq; & post eū filius eius Isaac centū octoginta: & iacob cē tū quadragintaseptē: & quātos etiā nunc uiuunt homines. 70. uel. 80. uel non multo amplius: de quibus etiam in psalmo. 89 dictū est. Dies annorum nostrorū in ipsis. 70. anni. Si autem in potentatibus, idest in potentioribus & robustioribus. 80 anni: & amplius eorum labor & do lor. Hæc ille. Ex dictis certi sumus Moysen locutū fuisse de annis so laribus. Nec solus Moyses retulit uitam priscorum tamdiu durasse: sed etiam de his longeuis conscribunt omnes, qui antiquitates apud Græcos & Barbaros descripserunt: ut Manethon qui Aegyptiorum hi storiam texuit: & Berosus qui Chaldaicā deflorauit: & Mocus: & Esthuius: adhuc & hieronymus Aegyptius: & Maseas qui Fœnicā de scripserūt. Hesiodus quoq;: & Hecatheus: & Hellanicus: & Agisilaus & Ephorus in historiis suis memoriā faciunt antiquorum tandiu uiuē tium, ut refert Iosephus in primo antiquitatū. Nec mirum si tunc in ætate floridissima homines tanto tempore uixerunt: quia, ut iam pro batum est, ipsi erant robustissimi, ac gigantes proceræ staturæ: & secū dū robur corporis & staturæ celsitudinem erat & longitudo uitæ. Tūc etiā eis magis propitium fuit ipsum cœlum à Deo perfecta dispositio- ne creatū: tunc terra eis erat fertilior præcipueante aquarum inundationem. Victus eis continens erat: qui sanitatem conseruat, & uitā producit in longū. Oportuit autem eos Deo disponente tanto tempore uitam agere, ut citius multiplicaretur genus humanū: & terra co loniis repleretur: ut facilius adinuenirēt artes: & scientias plenius per seipsos discerent proprio enim ingenio (ut de cæteris taceam) nullus potest plene Astronomiam capere nisi ultra octingentos uel nongen tos annos uixerit. propter morum accessus & recessus, quem dicunt trepidationis: qui proprius est octauæ sphæræ, quo cæteri planetæ in ferius regulantur, & tandiu suo cursu impletur.

De differenti annorum computatione inter scriptores. *Cap. 6*

Annorū numerus primæ & secundæ ætatis non idē ab omni bus scriptoribus ponitur: sed inter se ipsi authores magna discrepantia differunt. Nam qui sequuntur hebræos co- dices, & latinos ex hebræo sermone à beato Hieronimo

ralatos, pauciores annos colligunt. Qui uero sequntur Græcos iuxta septuaginta interpretes & latinos ante Hieronymum è Græco traductos, multo plures annos in eisdem duabus ætatibus computant. De quorum dissonantia copiose disputat Augu. in. 15. lib. de ci. Dei: ex cuius uerbis quid sequendum sit, accipire possumus. Ptius tamen inquirenda est tantæ diuersitatis causæ: & postea huius rei ueritas tecto iudicio decernēda est. Huius differentiæ descriptio uaria originē habuit non ex annorum integro numero totius uitæ priscorū hominū in quo tam codices hebræi quam græci conueniut: sed ex tēpore quo singuli quiq; filios genuerunt. Si quidem ipse homo primus Adam antequā gigneret filium, quem appellauit Seth, in hebræis codicibus centumtriginta uixisse annos reperitur; in Græcis uero ducentos triginta perhibetur, supradditis uidelicet annis centum. Sed postea quā eum genuit, septingentos uixisse annos legitur in Græcis, octingentos nero in Hebræis: atq; ita in utrisq; uniuersitatis summa cōcordat. Sed ante generationem unde cōputatio temporum sumitur, centum annorum differentia reperitur. Quod autem in prima generatione, hoc in secunda, tertia, quarta, quinta & septima inuenitur: cum in qualibet ante generationem centum anni addiiciātur in græcis codicibus, qui & postea in eisdem subtrahuutnr. In sexta autem generatione nusquā utriq; codices discrepant. Octaua generatio habet quidē nonnullam diuersitatem, sed minorē, ac dissimilem cæteris. Mathusalē quippe antequā gigneret Lamech secundū Hebræos nō centū minus, uiginti amplius uixit annos, qui rursum apud Græcos posteaquā eū genuit, reperiūtur additi. In generatione nona antequā Lamech gigneret Noe, in hebræis sex anni minus sunt quā in græcis. In decima uero generationes nihil dissonum inuenitur. Hinc est ꝙ secundū He
5656 bræos ab Adam ad diluuium cōputantur anni mille sexcēti quinqua
2242 gintasex. Secundum uero septuaginta interpretes cōputantur multo plures, uidelicet anni duo millia ducenti quadraginta duo. Nā additis supra computationem hebraicam sexcentis annis, prædicatū sex
586 generationum: & sex annis generationis bonę, detractisq; uiginti generationis octauæ, qui simul sunt anni quingenti octagintasex, redditur numerus annorum duorum millium ducentorum quadraginta duorū secundū Græcos ante diluuium. Similiter in generationibus nouē secundæ ætatis, ferè eadē diuersitas annorū reperitur, sicut ante diluuium. In prima tamen & nona generatioue utriq; conueniunt, In secunda, tertia, quarta, quinta, sexta, & septima, in qualibet earum ante genitum filium centum anni in codicibus græcis iuxta septua-

ginta interpretes adiiciuntur & in octaua quinquaginta. Qui oēs col lecti fiunt anni sexcenti quinquaginta. Secundum aūt Hebræos à diluuio ad Abraham fuerun anni ducenti nonagintaduo: qbus si addātur sexcenti quinquaginta scdm Græcos, fiunt anni scdm ipsos à diluuio ad Abrahā nōgēti quadragintaduo. Aug. autē in. 16. de ciu. Dei ca. 10. inter Arphaxat & Sale ponit Caynā: & dicit ipsum Caynā genuisse Sale cū esset centū triginta annorū scdm codices è græco traductos, quibus tunc vtebatur Aug. Sed hoc tantū in Græcis superadditū est, cū in genealogia ipsius Sem post diluuiū nullus inueniatur nomine Caynā nō solū secundū codices hebræos: sed scdm Berosum: qui eandem genealogiam Sem fideliter describit, & nullum nominat Caynā. Vnde patet cū à Græcis ibidem superflue adiectum. Dicunt aūt aliqui inter quos est Hertmānus Schedel. & Ioannes Nauclerus in suis historiis, q̃ Sale cognomine dicebatur Caynā: & idem est Sale & Caynā post diluuium. Aliqui ergo putantes eos duos viros cū in quibusdā codicibus inuenirentur duo nomina diuersa, descripserunt in eis duplicē generationem eiusdem tū numeri annorū. s. centū triginta cuilibet ipsorū: & sic error inoleuit in codicib. quos legit Aug. qui ad nos vsq; peruenerunt. In genealogia etiam Christi, quæ scribitur Luce. 3. in codicibus Græcis, idem Caynā supadditus est. Ideoq; vbi dicitur ibidem. Qui fuit Heber. Qui fuit Sale. Qui fuit Caynam, sic fieri debet emendatio. Qui fuit Heber. Qui fuit Sale, qui & Caynā. s. alio nomine cognominabitur: & ubi scriptū est verbum fuit, scribatur copula &, ut discernātur ea esse duo eiusdem uiri nomina. Sic enim æstimamus Lucam euangelistam scripsisse. Non est ergo necesse addere centum triginta annos, qui ipsi Caynam supetfine attribuuntur à Grecis. Si igitur comparemus utramq; computationem: reperiemus ipsam computationem secundum codices græcos, supe rare, supputationem hebraicam in duabus prædictis ætatibus annis uidelicet mille ducentis trigintasex. Nam superabundantibus annis 1236
q̃ngentis octogintasex ante diluuiū, & annis sexcentis quinquaginta post ipsum diluuium simul iunctis, pdictus annorum numerus consurgit. Ex hac magna differentia inter græcos codices & hebræos dissensio non modica inter scriptores orta est, ad quam se dandam inquirendum est quæ harum conputationum uera comprobatur.

De annorum uera computatione secundum Hebræos. *Cap. 7.*

EX his duabus cōputationibus veram solā esse hebraicam & consequenter græcam falsam his rationibus manifeste mōstramus.

Illa enim tẽporũ descriptio uera probatur,q̃ conuenit cæteris authoribus qui publica fide regum tpa descripserunt:quia uerũ uero consonat:& teste Iosepho de antiquitate Iudaica,ueritatis historiæ signũ illud est,ut de eisdẽ rebus eadẽ oẽs conscribãt.Sed Moysis descriptio hebraico sermone cõuenit in tpibus post diluuiũ Beroso. qui Chaldæorũ diligẽtissime tpa descripsit: & eis q Aegyptiorũ primas Dynastias fideliter scripsẽre:nocnõ & illis q ethurscã & Italicã chronographiam lr̃is tradiderũt,ut in sequẽtibus libris quatuor manifestũ erit ergo hebraica coputatio est uera: & græca iuxta septuaginta interpretes cũ à cõcordi ueritate dissonet falsa cõuincit. Non tñ dicimus mẽdaces eosdẽ septuaginta interpretes merito celebratos uiros: quos recte secundũ hebraicã ueritatẽ scripturas trãstulisse putamus, quos & sũmopere ueneramur: sed eum siue ægyptiũ siue græcũ dãnamus qui primus eorũ interpretationẽ deprauare,lr̃is sacris aliqua ꝓprio sẽsu addere ausus est.Eosq; iuste reprehendimus,q non recto iudicio hũc errorẽ sequẽtes, putãt Hebræos in hoc potius errare potuisse q̃ Græcos.Ait.n.Aug.in 15.de ciu.Dei ca. 13. Si quærã q̃d sit credibilius, Iudæorũ gentẽ tã longe lateq; diffusam in hoc cõscribẽdũ meadaciũ uno cõsilio conspirare potuisse: & dũ aliis inuident authoritatẽ, sibi abstulisse ueritatẽ:an septuaginta homines,q ẽt ipsi Iudæi erãt,uno in loco positos; q̃s rex Aegypti Ptolomæus eos ad hoc opus asciuerat ipsam ueritatẽ gentibus alienigenis inuidisse, & cõmunicato istorũ tunc fecisse cõsilio: quis nõ uideat q̃d procliuius faciliusq; credatur Sed absit ut prudẽs q̃spiã uel Iudęos cuiusq; puersitatis atq; malitiæ tm̃ potuisse credat in codicibus tã multis,& tã longe lateq; dispersis uel septuaginta illos memorabiles uiros hoc de inuidẽda gẽtibus ueritate unũ cõmunicasse cõsiliũ.Credibilius ergo q̃s dixerit,cũ primũ de bibliotheca Ptolemęi describi ista cœperũt,tũc aliq̃d tale fieri potuisse in codice uno.s. primitus inde descripto,unde iam latius emanaret:ubi potuit q̃dẽ accidere etiã scriptoris error. Hęc Augu. ibidẽ. Causa autẽ additionis centũ annorũ pluribus eorũ generationibus ante filiorũ procreationẽ ex industria cuiuspiã hęc putatur. ex eo ꝙ Aegyptij q̃nq; utuntur annis mẽstruis breuissimus,ut dictũ est. Ne ergo putaref impossibilis ac p hoc incredibilis maximus ãnorũ solariũ numerus, sicut scriptũ est in hebræis uoluminibus & ne diceref absurdum ꝙ q̃s in puerili ætate generationi filiorũ aptus fuerit, ubi nõ uidebaf sufficiens ętas ad gignendũ:facta est additio cẽtũ annorũ ante generationis tempus.Sed iñ.ut dictũ est, vbi adduuf anni prius ante filios genitos, postea subtrahunf,ut annorũ summa conueniat. Et ex

hoc uidetur habere quandã, si dici potest, error ipse constãtiã: nec ca sum redolet, sed industriã, ut Aug. ibidẽ dicit, qui & addit. Vbi uero nõ est ista de centũ annis prius additis, & postea detractis per tot ge nerationes cõtinuata parilitas, scriptoris errori tribuẽdũ est: cũ etiam nũc ubi numeri nõ faciũt intentũ ad aliquid, quod facile possit intel ligi: uel quid appareat utiliter disci, & negligenter describatur. & ne gligẽtius emẽdẽtur. Hebraica ueritas ex hoc etiã cõprobatur, quia re rũ gestarũ fides ab ea lingua repetẽda est, ex qua interpretatũ est qđ habemus. Quod & affirmat idẽ Aug. in. 15. de ci. Dei. c. 13. dicẽs quo modo libet istud accipiat, siue credat ita esse factũ, siue nõ credat: siue postremo ita, siue nõ ita sit: recte fieri nullo mõ dubitauerim, ut cũ di uersum aliquid in utrisq; codicibus inuenit: qñquidẽ ad fidẽ rerũ ge starũ utrũq; esse nõ potest uerũ: ei linguæ potius credatur, unde est in aliã p interpretes facta tralatio. Hinc & uenerabilis Beda doctor An glorũ in libro, quẽ scripsit de temporibus in epilogo eiusdẽ opusculi dicit. Hæc de cursu præteriti seculi ex hebraica ueritate, put potui mus, elucubrare curauimus, æquũ rati q̃ sicut Græci septuaginta trãs latorũ editione utẽtes, de ea sibi suisq;, tẽporũ libros condidere: ita & nos, qui p beati interpretis Hieronymi industriã puro hebraicæ ue ritatis fonte potamur, tẽporũ quoq; rõnem uix hanc scire queamus. Hæc Beda. Sunt etiã magis emẽdata exẽplaria hebræa quã græca: qm̃ ipsi Hebræi maxima diligẽtia custodiunt libros diuinos, ne deprauẽ tur, quos summopere uenerãtur super oẽs alias rationes. Græci uerò codices sibi inuicẽ non cõueniunt. Falsam etiã cõputationem Græco rũ secũdũ septuaginta interpretes à scriptoribus uitiatã ex hoc osten dere possumus: qm ueritati sacræ doctrinæ opponitur. Vero enim nõ nisi falsum cõtrariatur. Secundum nãq; diuina eloquia uniuersali di luuio deleta est omnis caro sup terrã .i. oẽ uiuẽs in carne exceptis il lis octo, qui saluati sunt p arcã. Sed secundũ Græcos codices iuxta sep tuaginta interpretes Mathusalẽ, qui nõ fuit in arca, uixisset post dilu uiũ annis. 14. ut egregie supputat Aug. in. 15. de ci. Dei. ca. 11. quod est cõtra ueritatẽ sacri eloquij. Et si hoc ascribitur uitio scriptorũ, ut iam diximus, ad hebræos codices emendatiores, unde Græci tralati sunt, recurrendũ est. Ait enim Aug ibidem. Certum est nõ uixisse Ma thusalem post diluuium, sed eodem anno fuisse defunctum: siue uerũ est quod de numero annorum in hebræis codicibus inuenitur. Idem dicit Hieronymus in libro Hebraicarum quæstionum super Genesim ubi ostendit in codicibus Græcis errorem esse in numero: & uerita tem esse in Hebræis & Samaritanorum libris. Ex prædictis rationibus

patet solam hebraicam cõputationem esse ueram, græcanicã uero fal sam. Sed qm diminutæ sunt ueritates a filijs hominũ, qui non diligen ti indagatione hæc quęsierunt: ideo multi falsam opinionẽ inconsul- te sequuntur. Inter quos est Iosephus postquã se litteris græcis tradi- dit. Eusebius & ipse græcus, & Latini eũ sequẽtes uidelicet Isidorus, Prosper, & alii plurimi, quos enumerare longum esset. Nec tñ mirũ si plures authores latini, græcos codices secũdũ septuaginta interpre- tes imitantur tum ob excellentẽ authoritatẽ ipsorũ interpretũ: tũ ẽt ex eo, q̃ potius græcos eius uicinitate proximos, quàm hebraicos li- bros lõge a latinitate remotos legerint. Et Aug. in 15. de ciui Dei. c. 14. dicat q̃ in plurimis, quæ diuersa dicere uidẽtur septuaginta inter pretes, ex hebræis codicibus emendare ausus est nemo; hoc tñ idem Aug. dixit, quia tunc utebatur traductione ex lingua græca, & nondũ peruenerat ad manus eius trãslatio Hieronymi ex hebraica ueritate: qui ausus est corrigere per hebræam linguam, quæ falsa cõtinentur in græca. Quãuis aũt Aug. inter utrãq; opinionẽ quasi ambiguus uidea- tur: tñ, ut ex uerbis suis apparet, magis hebraicæ ueritati adhæsit. Si- mili mod o licet B. Antoninus archieps Florẽtinus in suis chronicis utrãq; describat: magis tñ hebraicæ tanq̃ ueræ consentit. Nam græcã dicit magis cõem: hebraicã uero magis ueritati consonã. Cõputatio nem autẽ hebraicam absolute describit Moyses legislator, Berosus Chaldæus, Metasthenes Persa, Menethon Aegyptius, Philo Hebræus, Hieronymus p̃sbyter, uenerabilis Beda, Vincentius Beluacensis, Ioan nes Antius de Viterbio, Bartholomæus Fontius: & quidam alii tem- poribus nostris. Sed & Fontius supra ueram computationem, quam probamus septem annos adiicit ante Christum. Ioannes uero Nau- clerus licet annos enumeret iuxta cõem Græcorum supputationem: tñ hebraicam etiam annotat, supra quã ante Christum duos tantum annos adiecit. Et licet parum a ueritate distet, inquirenda est tñ rei plena ueritas: quam in sequentibus quattuor libris inuestigabimus.

De annorum computatione per Olympiades. Cap. 8.

QVoniam Græci supputant tempora per Olympiades, di- cendum est unde dicatur Olympias: & quot annos conti- neat: & quando sumpserunt initium prædictæ Olypiades: & quo tempore ipsarum anni exordiantur. Sicut ait Euse- bius & Isidorus in 5. etym. Olympia ludi erant, qui in honorem Io- uis Olympii apud Pisam & Elidẽ Græciæ oppida celebrabantur, hoc est gymnicum certamen, quod quinto quoq; anno fieri solebat. Sed

quoniã,ut ait Eusebius, in gymnico certamine uictore primo existen te Chorebo Elinense; Elii agunt quinquẽnale certamen quatuor annis in medio expletis, in quibus principes annui constituebãtur quatuor: Idcirco Iphitus filius Praxonidis, siue Hemonis primus instituit Olympiadẽ ex quattuor tantũ annis ad ordinẽ tẽporũ digerendum. Vnde Olympias dicta apud Græcos quattuorannorũ continet spatium, ut etiam Phlegon, Eusebius, Africanus, Solinus, Dionysius Halicarnaseus & alii plures affirmant. Et ex inde Græci tempora per Olympiades computare cœperunt ita numerantes. Olympiadis primæ, aut secundæ, aut centesimæ anno primo, uel secundo uel tertio si ue quarto. Constat sanè,ut ait Eusebius, Aeschili, Athenienfium Iudicis secundo anno primã Olympiadẽ actam simul cũ gymnico certamine. Quę incepir annis.octingentis octo ante Christi pasfionẽ dimidio anno minus:qm̃ pasfus est Christus anno quarto ducentesimę secundæ Olympiadis:ut Eusebius annotat. Anni autem Olympiadum apud Græcos incipiũt,quoniã apud eos est anni principiũ, uidelicet in æquinoctio autũnali,ut Alphonsus in tabulis annotat:& Rogerius Bachon in epistolas ad Clemẽtẽ.5.scribit. Nã in fine æstatis fiebat gymnicũ certamẽ.& incipiẽte autumno erat initium anni simul& Olympiadũ. Dicit enim Titus Liuius in.7.lib.tertiæ decadis. Olympiæ ludi crũ ea æstate futurum erat quod maximo cœtu Græciæ celebraretur. Cum autẽ dicit ea æstate nõ de principio & medio:sed de fine æstatis loquitur. Idẽ affirmat Censorinus in libro de die natali capite de annis Romanis. Eodẽ tẽpore incipiunt anni indictionũ Romani imperii:quæ indictio tribus lustris hoc est quindecim ãnis expletur. Indictionibus uero initiũ ãni est octauo calẽdas Octobris, hoc est die.24. Septẽbris: & earũ prima origo fuit anno tertio ante Christi ortũ. Anni uero indictionũ põtificis Romani in die natiuitatis domini sumũt initiũ,& differũt ab imperialibus tribus tantũmodo mensibus. Propter historias Græcorũ & aliarũ nationũ necessaria est non solũ indictionũ,sed Olympiadũ cognitio. Dicit.n. Africanus in.3.anna. lib. Vsq; ad Olympiades nihil exploratũ in historia Græcorũ inuenitur:sed omnia cõfusis conscripta tẽporibus sunt. Post Olympiades uero,quoniã quadriẽnio diligẽtissime omnia notabãtur:nulla penitus cõfusio tẽporũ fit. Hæc ille. Idẽ etiã affirmat Eusebius in libro de tẽporibus.

De computatione Romanorum per annos ab urbe condita. *Cap. 9.*

Romani uero numerum annorũ sumunt ab urbe condita. Idcirco exordiũ Romanæ urbis nunc describendũ est. Tempus quo

Romana urbs condita est, describitur ab Eutropio qui ait Romulus cū inter pastores lattocinaretur decē & octo annos natus, urbē exiguā in Palatino mōte cōstituit. 12. calēdas Maias Olympiadis sextæ. Idē affirmat Orosius. Currebat quidē tunc quartus annus sextæ. Olympiadis. Dionysius aūt Halicarnaseus describit eā conditā anno primo septimæ Olympiadis: & similiter Solinus. Nec tñ Dionysius, & Solinus plurimū differūt ab Eutropio, & Orosio: sed simul aliquo modo cōueniūt: quia idē primus annus cōditæ urbis fere dimidius fuit in fine sextæ: & penè dimidius in principio septimæ Olympiadis: quoniā Roma cōdita est medio uere die. 20. Aprilis: Olympiadū uero anni incipiūt iuxta autūni æquinoctiū. Itaq; pars anni illius fuit in fine præcedentis Olympiadis & in principio subsequentis Romani uero quos Orosius & Eutropius imitātur, ex publica fide annaliū Romanorum incipiūt primū annū cōditæ urbis à. 4. anno sextæ Olympiadis. Quod
248 probatur ex hoc. φ imperātibus Romæ duobus Philippis patre, uidelicet & filio anno dñi ducētesimo quadragesimooctauo, millesimus annus Romanæ urbis fuit: & tūc, ut ait Pōponius Lætus, eorū anno secūdo ingēti pōpa, magnoq; sumptu & apparatu, seculares ludi anno uidelicet millesimo ab urbe cōdita. 12. calēdas Maii celebrati sunt Ab anno autē. 4. sextæ Olympiadis, usq; ad annū. 3. Olympiadis. 256. cū erat annus secūdus pdictorū imperatorū sunt Olympiades. 250. quæ continēt annos mille. Et ab urbe cōdita usq; ad Christi natiuitatē, ut
752 ait Paulus Orosius, fuerūt anni. 752. quos si iunxeris annis dñi. 248. quo tēpore fuit annus millesimus urbis: similiter cōficies millenariū annorū numerū. Idē cofirmatur ex uerbis Censorini: qui authorē Varronē imitatus ait in libro de die natali, capite de annis Romanis. hic annus, ni fallor, cuius uelut index & titulus quidā est Vlpii & Pōtiani
1014 cōsulatus ab Olympiade prima millesimus est & quartusdecimus ex diebus dūtaxat æstiuis, quibus agō olympiacus celebratur. A Roma
991 aūt condita nongētesimus nonagesimus primus & quidē ex Palilibus, unde urbis anni numerātur. Hęc ille. Si ergo ab annis. 1014. ex prima Olympiade collectis minuas annos uigintitres, hoc est Olympiades sex uno anno minus ante urbē conditā, residui erunt anni cōditæ urbis 991. ut recte cōputat Censorinus ab anno scilicet. 4. sextæ Olympiadis. Et ideo potius tenēdū est Romā cōditā ppe finē sextæ Olympiadis quā in principio septimæ: ideo ibi primus annus cōditę urbis annotādus est. Omnes aūt aliæ opiniones cōtrariæ falsæ cēsēdæ sunt.

De annorum Domini computatione. Cap. 10

IN cōputandis annis dñi, quo ad eorū initiū plures authores inter

se differunt. Quidã .n. sumunt eos ab ipsius incarnatione: quidã à natiuitate: quidã à calendis Ianuarij octauo die suæ natiuitatis; & q̃dam à passione ac morte. qui oẽs modi comptobari possunt seruata cõueniẽti supputatione. Sed inter oẽs conuenientissimus modus est, ut sumatur initium annotum dñi ab eius natiuitate: qm̃ anni uitæ humanæ sumuntur non à conceptione, sed à natiuitate. Hunc modũ seruat ecclesia Romana. Nã eo tempore per ecclesiã acciditur principiũ annorum dñi, quo & singulis annis per eã annus mutatur Sed per eã fit anni mutatio in natiuitate dñi; ideo tũc per eã accipitur initiũ anno rũ dñi. Quod aũt annus dñi mutetur in orru saluatoris pater p̃ cõsuetudinẽ Romanæ curiæ & per acta cõciliorum: in q̃bus tunc annis mutatur. Sed tñ olim in bullis pontificalibus nõ annotabatur annus dñi, sed annns põtifices pro tpe p̃sidẽtis. Ar recẽtiores in bullis tãtũ modo põtificalibus inceperũt annotare annos ab incarnacione: in cæteris uero sequunt aniquũ Romanæ curiæ morẽ annos describẽtes à natiuitate dñi. Dicit.n. dñi Paulus eps̃ Forosempronienfis lib. 13. secũdæ partis Paulinæ suæ q̧ p̃sidente Eugenio. 4. adhortãte Blõdo Forliuiensi põtifiicii collegij à secretis notario in bullis atq; rescriptis põtificalibus annorũ hæc à Christi incarnatiõe supputatio scribi primũ cœpit. Et infra. Sed notarii annos à natiuitate cõputare cõsueuerunt. Hæc ille. In hoc deceptus est Blõdus imitans Dionysiũ Romanũ Abbatẽ: qui suã supputationẽ olim fecerat à primo anno incarnationis dñicæ in sua tabula. Sed idẽ Dionysius in annis dñicæ incarnationis errauit, ut dicit Sigebertus in chronica & Rhenerius egregius supputator. Non est ergo mirũ, si Blondus in cõputationibus annorũ ab incarnatione defecerit, q̧a ducẽ erroneũ secutus est. Causã aũt eius erroris ad uitandã p̃lixitatẽ hic nõ ponimus, qm̃ alibi eã descripsimus. Quidã uero recte cõputant annos ab incarnarione dñi addẽtes annis à natiuitate ipsius recte cõputatis per ecclesiã. s. nouem mẽses, q̃bus fuit in utero Virginis, ut bene cõputant Pisani, qui anno dñi. 1525 à natiuitate post uigesimã quartã diẽ Martij sunt in anno ab incarnatione dñi 1526. & sic annotãt in suis lr̃is & codicibus. Sed in hoc errant Florẽtini atq; Senenses tẽpestate nr̃a, qui annos ab incarnarione postponũt annis à natiuitate, incipiẽtes enumerare annos dñi cõpleto primo anno à conceptione iã nato Christo q̧ tres mẽses. Romani uero annos dñi à calẽdis Iauarij octauo die Christi natiuitate incipiunt, cũ eo die sit anni principiũ in calẽdario Cæsaris, & cõueniunt cũ ecclesia Rom. excepta prima hebdomada natiuitaris eius: quẽ & modũ tenent recẽtiores Astrologi. Dicit. n. Paulus eps̃ lib. 4. secũdæ

partis Paulinæ suæ. Astrologi nostri tẽporis qui Romanorum more annorũ supputationẽ reduxerunt ad Ianuariũ, & radices motuũ statuerũt ad initium Ianuarij primi anni natiuitatis Christi, incipiunt primũ natiuitatis annum ab octauo die natiuitatis eiusdẽ, non cõputantes sepe illos dies à natali dñi vsq; ad Ianuarium interceptos, quod ex hoc manifeste patet. Nam qui loca planetarum ad horam natiuitatis Christi inuenire uolunt: retrocedũt per dies septẽ à radicibus Planetarũ in tabulis annotatis. Et hunc cõputandi modũ obseruãt non solum Astrologi, sed etiam Theologi in christiana religione probati Petrus de Aliaco, Nicolaus Cusanus, Rogerius Bachon, & generaliter oẽs qui loca planetarum in hora natiuitatis Christi indagarũt. Hæc ille. Paucissimi autem doctores antiqui, ut Hieronymus & Isidorus, & quidã alij, qui antiquitus scribebãt annos dñi in cereis pascha libus, enumerant annos à passione dñi includentes annũ trigesimum tertiũ suæ passionis, ac relinquentes pcedentes .32. annos ante passionẽ, & ita conueniunt cũ cæteris. Nos aũt in supputatione nostra imitantes consuetudinẽ diu approbatã Romanæ ecclesiæ, enumeramus annos à natiuitate dñi. Astronomi uero habent suas temporũ eras, à qbus cõputant syderũ motus iuxta tabulas suas, & licet qñq; in annis non conueniant chronographis quo da rem gestã: sibi ipsis tñ satisfaciunt dum pfixum tẽpus statuunt, à quo deducunt supputationes suas recto tramite: qa possunt sibi pfigere terminum quo tpe uoluerint dummodo ab eo non diuertant in cõputandis stellarum motibus.

Liber secundus hebræorum temporum ab Adam ad Christum.

PROLOGVS.

3960 AB orbe condito ad Christi natiuitatem iuxta hebraicã ueritatem cõputantur anni tria millia nongenti sexaginta, quemadmodum in hoc libro secundo demonstrabimus per Hebræorum tẽpora ex diuinis eloquiis per Moysen descriptis & per Hieronymũ ex hebraica ueritate in latinã linguam traductis: necnõ & ex Philone hebreo: qui inter alia eius opera egregium opusculum dedit, quod breuiariũ tẽporum appellauit: in quo breuibus & absolutis uerbis emẽdauit omnia tpa ad suã rectitudinẽ & integram ueritatem a protoplasto Adã usq; ad suã ætatem decrepitam: hoc est usq; ad euersionẽ Hierusalem per Vespesianum & Titum. Distinguemus autem hæc tempora per ætates, sicut ea etiam ipse partitur.

Prima sæculi ætas ab Adam usque ad diluuium. Cap I

AB Adam usque ad diluuium (ut Philo hebræus testatur in Breuiario temporum) fluxerunt anni millesexcentiquinqua 1656
gintasex. Hic annorum numerus comprobatur diuina scriptura per Moysen Gen. 5. qui studuit per singulos duces tempora digerere. Tunc autem erant loco iudicum primogeniti successores, per quos, tanquã per capita originum digerebantur tempora qui decem fuerunt ante diluuium. Ut enim ibidem scribitur.

1 Adam cum genuit Seth, erat annorum centumtriginta. 130
2 Seth cum genuit Enos, erat annorum centumquinq;. 105
3 Enos cum genuit Caynam, erat annorum nonaginta. 90
4 Caynam cum genuit Malaleel, erat annorum septuaginta. 70
5 Malael cum genuit Iareth, erat annorum sexagintaquinq;. 65
6 Iareth cũ genuit Enoc, erat annorum centũ sexagintaduorum. 162
7 Enoc cum genuit Mathusalem, annorum sexagintaquinq;. 65
8 Mathusalẽ cũ genuit Lamech, erat annorũ centũoctogintaseptẽ. 187
9 Lamech cũ genuit Noe, erat annorũ centumoctogintaduorum. 182
10 Noe uero tempore diluuii erat annorum sexcentorum. 600.

Ex his consurgit numerus prædictus annorum millesexcentorum 1656
quinquagintasex. In hac prima ætate sacra eloquia describunt duas hominũ generationes; unam iustorum, de qua in psal. dicitur Hæc est generatio quærentium dominũ. alteram iniquorum, de qua Moyses ait in cantico Deute. 32. generatio enim peruersa est & infideles filii. Iustorum generatione ante diluuium fuit illa, quæ descẽdit ad Adã per filium Seth, cuius nunc genealogiã descripsimus: & eius geniti dicuntur filii Dei eo quod Deo per pietatem inhærebãt. Impiorum autẽ generatio fuit quæ descendit per Cayn primogenitum ipsius Adã, qui terrenus agricola inuidia motus interfecit germanum suum Abel innocentem ouium pastorẽ. Descendentes ex Cayn dicuntur filii hominum: qui humana & terrena sapientes peccatis inuoluti a Deo recedebant. Ipse Cayn primus ædificauit ciuitatem quam uocauit Enoch uel Enos ex nomine primogeniti sui: & ex eo geniti adinuenerunt artes mechanicas; & creuit in terra ipsorum malitia. Hanc generationem prauã, sicuti Moyses hebræus descripsit: ita & Berosus Chaldæus qui ait in primo antiquitatum libro. Ante aquarum cladem famosam, qua uniuersus periit orbis multa præterierunt sæcula, quæ à nostris Chaldæis fideliter fuerunt seruata. Scribunt illis tẽporibus circa Libanum fuisse Enos urbem maximam gigantium; qui uniuerso orbi

dominabantur ab occasu Solis ad ortum. Hi uastitate corporis ac ro bore confisi inuictis armis omnes opprimebant libidiniq; inseruiétes inuenerunt papiliones, & instrumenta musica & omnes delicias. Mã ducabant homines, & procurabant aborsus, in eduliũq; præparabant. Et commiscebantur matribus, filiabus, sororibus, masculis, & brutis: & nihil erat sceleris, quod non admitterent, contéptores religionis & deorũ. hæc Berosus. Quæ omnia cõueniunt eis, quæ dicit Moyses de ci uitate primo ædificata, de artium industria, & morũ malitia filiorum Cayn: de quorũ nequitia dicitur Geñ 6. Corrupta est terra corã domi no & repleta est iniquitate. Hæc hominũ malitia incepit ab ipso Cayn fratricida, & creuit in septima generatione ab Adã, ut scribit Moyses Geñ 4 quoniã Iachel, Tubal, & Tubalcayn fuerunt sexti à progenitore suo Cayn, & septimi ab ipso Adã. Quorũ primus inuenit delitias in arte pastorali papiliones & tentoria. Secundus fistulam, citharam, lyram, & organũ cum uoce & modulatione musica. Tertius uero arma & omne genus ferri, ut ibidem Moyses exprimit. Huc usq; impia septima generatio ab Adã excreuit per uniuersum orbẽ. Sed in hac septima impia generatio: quæ prius erat separata à iustis hominibus: cœpit iusta posteritas Adæ participare cum impiis in coniugis & uitiis eorum, quia teste Moyse Geñ. 6. Filii dei ideſt qui deũ tanquã patrem prius imitabãtur scilicet iusti descendentes à Seth, uidentes filias hominũ scilicet descẽdẽtes à Cayn, quod essẽt pulchræ acceperunt sibi uxores ex omnibus. quas elegerãt. Quòd uero septima etiã generatio ne iustorum ab Adã cœperint ipsi iusti effici participes scelerum impiorũ, argumento est quod Enoch iustus septimus ab Adã translatus fuit ne malitia immutaret cor eius, ut scribitur Sapi. 4. De horũ etiam hominum malitia fere eadẽ scribit Methodius epũs. Demum consummata est illorum hominum nequitia anno quingentesimo: & multo magis anno sexcentesimo uitæ Noæ: quando ad eorũ punitionem factum est diluuium in uniuersa terra. Quod tamen diluuium antea prædictum fuerat. Vnde & Berosus narrata malitia hominum subiungit. Tunc multi prædicebant & uaticinabantur, & lapidibus excidebãt de ea quæ uentura erat orbis perditione. Sed enim illi assueti cotridebant omnia cœlestium illos ita atq; ultione perurgente pro impietate atq; sceleribus. hæc ille. Vt enim patet Geñ. 5. Sanctus propheta E-

1034 noch natus ante inundationem terrarum anno trigesimo quarto supra millesimum teste iuda apostolo cognominato Thadeo in sua canonica epistola, prophetauit de Iudicio futuro tam aquarum diluuii quam ultimæ conflagrationis: & suum uaticinium authore Io-

ſepho in primo antiquitatum libro inſcripſit duabus columnis altera lapidea,altera lateritia. Prænunciauit etiam diluuium ipſe Noe ex diuina reuelatione,licet Beroſus,qui, hoc myſterium ignorauit, putauerit hoc Noe ex aſtris præſciuiſſe. Dicit enim, Vnus inter gigantes erat, qui deorum ueneratior & prudĕtior cunctis reliquis ex probis erat in Syria. Huic nomen erat Noa cum tribus filiis Samo, Iapeto,Chem: & uxoribus Tithea magna, Pandora, Noela, Noegla, Is timens quam ex aſtris futuram proſpectabat cladem anno ſeptuageſimooctauo ante inundationem, nauim inſtar arcæ coopertam fabricare cœpit, Anno ſeptuageſimooctauo ab inchoata naui,ex impro uiſo innundauit oceanus, & omnia maria mediterranea fluminaq́; ac 78
fontes ab imo ebullientes inundauerunt ſupra omnes montes: accedentibus atq; impetuoſiſſime & ſupra naturam è cœli copioſiſſimis imbribus multis diebus corruentibus. Ita omne humanum genus aquis ſuffocatum excepto Noa cum familia ſua quæ naui erepta eſt. Nãe eleuata ab aquis in Gordiei mõtis uertici quieuit. Cuius adhuc dicitur aliqua pars eſſe & homines ex illa bitumen tollere: quo maxime utuntur ad expiationem. hæc ille.Sed oritur dubitatio ex uerbis Beroſi dicentis ipſum Noe arcam fabricare cœpiſſe ante inundationem anno .78. cum Gene.ca.6.ſupputet Moyſes annos centumuiginti. Dicendum eſt ꝙ qe fabricanda arca mandatum accepit Noe à Deo ante innundationem annis centumuiginti,ut Moyſes dicit:&tũc ipſe Noe erat annorum quadrigentorum octoginta. Quadraginta uero & duobus annis præparauit ligna ob immenſitatem operis faciendi: & ita anno ſequente qui erat ſeptuageſimus octauus ante inundationem cœpit opificium ingentis arcæ, ut ſupputat Beroſus: qui nihil nouit de ſecreto mãdato Dei ad Noe: ſed tantum ſciuit quę exterius executioni mandauit, Quare dicit. Anno .78. ab inchoata naui, non à mandato Dei: ex improuiſo inundauit Oceanus &c. Quod autem dicit ex improuiſo accidiſſe diluuium non refertur ad Noe & eos qui hoc nouerunt,ſed ad deriſores,qui id non credebant, nec expectabant futurum Exceſſit autem aqua in diluuio omnes altiſſimos orbis montes quindecim cubitis,ut teſtatur Moyſes:& deleta eſt omnis caro ſub cœlo excepto Noe cum ſua familia.Ex quo patet error Talmudiſtarum, qui cõtra diuinas litteras dicunt illud diluuium nõ attigiſſe montem Sion argumento utentes, quia inuentum eſt ibi poſt diluuiũ ſemen gigantũ, non attendẽtes q̃ Noe & eius filii fuerunt gigantes cum uxoribus, & Titanes geniti ex Tithea genuerunt gigãtes, ut ait Beroſus. Qui Titanes authore Moyſe ædificaue-

runt urbm Titanum in Aegypto, quam uocat Thanim dempta prima syllaba, ut patet Numeri. 13. De hoc diluuio ex gentilibus non solum scripsit Berosus Chaldæus, sed & Hieronymus Aegyptius: qui antiquitatem phœnicam noscitur scripsisse, nec non & Maseas, qui & Nicolaus Damascenus in 96 historiarum libro, ut ait Iosephus in primo antiquitatum. & in libro contra Appionem grammaticum. Abidenus etiam historicus de hoc diluuio nonnulla scripsit, ut testatur Eusebius libro. 9. cap. 3 de præparatione euangelica.

De Noe & ipsius uxore ac filiis post diluuium Cap. 2.

Ntequam secundæ ætatis annos digeramus, quoniam post diluuium à Noe & tribus filiis eius Sem, Cham, & Iaphet disseminatum & omne genus hominum super terram. idcirco prius de ipsis dicendum est, ut plenius intelligantur quæ scribenda sunt in sequentibus. Primo autem à Noe & ipsius uxore Tithea ac filiis eorum genitis post diluuium incipiendum est. Fabrefactor igitur arcæ nomine proprio dicebatur Noe i. requies. sed habebat alia plura cognomina. Nam cognominabatur Ogyges uidelicet Priscus, Ianus, Oenotrius, Proteus etiam priscus idest Vertumnus uel Vadimon, Cœlum, Sol, Chaos, Semen mundi, & pater omnium. De Ogyge dicit Berosus in ii. antiquitatum. Primum itaq; dixerunt scilicet Chaldæi & Scytæ Ogygisan Sagam idest illustrem sacrorū pontificem Noan Dysir. Hæc ille. De Ogyge igitur & illustri Noa & Dysir, idest illiceut interpretatur Hieronymus, considerandū est quod ait Petrus Cōmestor Gen. 13. ca. & Iosephus in primo antiquitatum habitauit, inquiunt, Abraham circa Hebron iuxta illicem, quæ uocatur Ogygi: & dicitur, ut aiunt, ciuitas quatuor patriarcharum quia habitauerunt ibi, & sepulti sunt ibidē Adam, Abraham, Isaac, & Iacob. Et ita Ogygi ante diluuium & postea fuit patria iustorum etiā & ipsius Noe: quia patria Ogygisan, idest illustris sacer cognomento dictus est, Vnde omnes illū cognominant priscum Ogygē: uti Xenophon in libro de æquiuocis, & Metasthenes: quem præfuisse prisco diluuio dicunt. Et ex latinis etiam Solinus idem dicit. Subilice autem manebāt iusti: quia arbores pro templis & numinibus antiquis erant: ut etiam consentit Plinius in 12. naturalis historiæ. primo cap. Cognominabatur etiam Ianus, uel Oenotrius, quia primus plantauit uineam & uinum reperit. Dicit enim Berosus in. 3. lib. Ob beneficium inuentæ uitis & uini dignatus est cognomento Iano, quod Arameis sonat uitifer

uitifer & uinifer. Ergo Aramee Ianus dicitur. & Græce Oenotrius: & Latine uinifer tam interpretatione nominis, quã inuẽti uini munere. Dictus est & Protheus, idest Vertũnus uel Vadimon: quæ tria nomina idem significant. Nam & Samuel Talmudista dicit, quòd apud Arameos idem est uado & apud ueteres Aegyptios Protho: & apud Latinos uerto. Quia ergo antiqui existimabant ipsum conuersum in animam cœli motricem: ideò, ut dicit Berosus in 5. antiquitatum, dicebant eum monarcham mundi penes quem solum sit ius uertendi cœlestium & terrestrium cardioes: & ideo eum nominabant Vertum num: uel etiam Cœlum. Dicit etiam idem Berosus in 2. lib. Scythæ recte dicunt, & appellant Noam omnium deorum maiorum & minorum patrem: & humanæ gentis authorem: & Chaos & semen mundi eo quòd ab eo omne hominum genus in terris seminatum est. Dicit uero Titheam Aretiam, idest terram, in quam semen Chaos posuit: & ex qua tanq̃ ex terra cuncti prodierunt. Hæc ille. De multiplicatione autem hominum ait idem Berosus in 3. Quo pacto exinanitus orbis fuerit coloniis & hominibus oppletus dicendum est. Exsiccata humo & torrefacta terra, Noa cum familia de monte Gordieo, ut par erat, descendit in subiacentem planiciem plenam cadauerum: quam usq; ad hanc ætatem appellant Miriadam, idest euisceratorum hominum. Et inscripsit in lapide in monumentum rem gestam: & uocant incolæ locum egressorum Noe. Congressi uero coniugibus perpetuo geminos edebant marem & fœminam. Qui adulti & coniuges effecti: & ipsi binos partu liberos semper edebant. Neq; enim unquã Deus, uel natura defuit rerum necessitati, quæ ad uniuersi orbis spectat opulẽtiam. Eo pacto breui in immensum adaucto humano genere; omniq; Armenia cõpleta, opus erat eos inde recedere, atq; nouas sibi sedes conquirere. Tunc senissimus omnium pater Noa iam antea edoctos Theologiam & sacros ritus: cœpit etiam eos erudire humanã sapientiam. Et quidem multa naturalium rerũ secreta mandauit literis, quæ solis sacerdotibus Scythæ Armeni cõmendant. Neque enim fas est illa ulli inspicere aut legere uel docere quã solis sacerdotibus: & inter sacerdotes duntaxat põtifici sicut & quos rituales libros reliquit: ex quibus illis primũ Saga nomen fuit inditum, idest sacerdos & sacrificolus & pontifex. Docuit item illos astrorũ cursus: & distinxit annum ad cursum Solis: & duodecim menses ad motum Lunæ. Qua scientia prædicebat illis ab initio quid in anno: & cardinibus eius futurum cõtingeret. Ob quæ illum existimauerunt diuinæ naturę esse participẽ: ac propterea illum Olibama & Arsa, idest Cœlum & Solem cogno-

minauerunt: & illi plures ciuitates dedicauerũt. Nam & ad hæc tem pora Scythæ Armeni urbes habẽt. Olibama & Arsa Ratha & eiusce-modi. Cumq; iuisset ad regẽdum Kithin, quam nunc Italiam nominant, desiderium suum reliquit Armenis: ac propterea post mortẽ illum arbitrari sunt in animam cœlestium corporum translatum: & illi diuinos honores impenderunt. & ob id solum hæc duo regna Armenum quidem, quia ibi cœpit: Italum uero, quia ibi finiuit, & docuit, & regnauit naturaliumq; atq; diuinorũ, quæ eos erudiuit libros plenissime illis conscriptos reliquit: illum uenerantur simulq; cogonminant Cœlum, Solem, Chaos, Semen mundi, Patremq; deorũ maiorum & minorum: animam mundi mouentem cœlos & mista uegetabilia q; & animalia & hominem, Deum pacis, Iustitię, sanctimoniæ, exp ellentem noxia: & custodientem bona. Et ob hoc illum utræq; gẽtes signant in scriptis cursu Solis & motu Lunæ, & sceptro domini quo malos & noxios expellebat à cœtu hominum, & castimonia corporis & sanctimonia animi duabus clauibus religionis & felicitatis. Neq; minus Titheam, quæ mater omnium erat, Aretiam, idest terram uocabant: & Hestam, idest ignem post mortem cognominauerunt. qa ipsa regina sacrorũ fuerat, & puellas docuerat sempiternum ignẽ sacrorũ inextinctum seruare. Cæterum Noa anteq̃ discederet ab Armenia docuit illos simplicem agriculturam magis curans religionẽ & mores q̃ opulentiam & delitias, quæ ad illicita & libidines prouocant, & cœlestium iram nuper induxerant. Primus tamen omnium inuenit uites atq; plantauit, & uinum conficere docuit. Hęc Berosus in .3. Sed & in .4. adiungit. Multiplicatum est in immensum genus humanum, & ad comparandas nouas sedes necessitas compellebat. Tunc Ianus pater adhortatus est homines principes ad quærendas nouas sedes, cõmunem cœtum inter homines agendum & ędificandas urbes. Designauit itaq; illas tres partes orbis Asiam, Aphricam & Europam, ut ante diluuium uiderat. Singulis autẽ his principibus, singulas partes, ad quas irent, partitus, ipse per totũ orbem colonias se traditurũ pollicitus est. Hæc ille. Vt autem aiunt Hebræi & alij catholici authores, Sem præfecit Asię, Cham Aegypto & Aphricæ, Iaphet Europæ & insulis maris, licet illi quãdoq; mutauerint locorum sedes sicut eis opportunũ erat. Ipse vero Noe toti orbi præfuit. Sicut autẽ dicit Berosus in .2. lib. præter tres primores filios Noe post diluuium gigantes duplicesq; filios genuit. Eius autẽ Filij post diluuium ab eodem Beroso enumerantur .30. uz. 17. Titanes dicti à matre Tithea vxore Noe, &c. 13. alii ex eadem uxore, quorum præcipuus fuit

Thuiscongigas Germanorum & Sarmatum pater: cuius describuntur undecim successores posteritatis eius: in quo præcellunt Germani & Sarmatæ, qui nunc dicuntur Thuischi a Latinis & Gallis. Sarmatæ autem populi sunt Poloni, Gothi, Russi, Prusiani, Daci, atque huiusce modi. Diodorus uero Siculus in 4. libro refert ex historia Sythica, & Aphricana, Cœlum, idest Noe genuisse. 45 filios, quoniam addit un decim successores posteritatis Thuisconis, quos Noe sibi adoptauerat in filios uidelicet Mannum, Ingaueon, Isteuon, Herminon, Marsum, Gambriuium, Sueuum, Vandalum, Theutanem, Herculem, & Hunnum: qui undecim simul iuncti prædictis triginta cum tribus, quos genuit ante diluuium sunt. 44. quibus ille alium addidit. Putauit autem Diodorum Noe plures habuisse uxores: sed deceptus est in pluralitate synonyma. Nam eadem uxor Iani, idest Noe diceba tur Tithea, Terra, & Vesta magna. Quòd autem Noe post diluuium habuerit alios filios etiam ex scriptura implicite habetur. Nam dum offerret Noe post diluuium sacrificium Deo: præceptum est ei & filiis eius ab ipso domino dicente. Crescite multiplicamini & replete terram. Neq; tamen dicendum est, quòd Noe neglexerit hoc præce ptum: aut q illi tempus defuerit: aut q illud præceptum non obligaret omnes, terra iam repleta hominibus: quod erat intentum legislatoris Dei expressum: quia Noe uir iustus erat perfectus, ut Moyses testatur, & uixit post diluuium annis. 350. ut Moyses & Berosus scribunt: & terra penitus desolata etiam ipsa lege naturæ obligabatur ad generationis actũ. Quòd si Moyses non omnes posuit, hoc fecit quia ad originem hebræam festinabat: non solum tot ponere uoluit, quod linguarum genera septuaginta duo discreuerant. Titanum nomina specialia à Beroso non ponuntur, sed aliorum tredecim, quorum hæc sunt nomina. Macrus, Iapetus iunior, Prometheus Priscus, Thuiscon gigas, Grana, Granus, Granaus, Araxa prisca, quę genuit Scitam Priscum, à quo Napus & Prutus. Post Araxam, Regina, Pandora iunior, Thetys, Oceanus, Thipheus. Porrò Thuiscon tam Beroso quam Cornelio Tacito testibus fuit author Germaniæ.

De posteritate Sem. *Cap. 3.*

Erant autẽ sibi Noe, qui egressi sunt de arca Sem, Cham, & Iaphet, ut dicitur Gene. 9. cap. Licet Cham secundus in ordine describatur, tamẽ fuit duobus cæteris iunior: Nã dicitur Gene. Euigilans autẽ Noe ex uino cum didi-

cisset quæ fecerat ei filius suus iunior scilicet Cham, maledixit Chanaam, qui ex eo postea natus est. Sem uero primogenitus & senior fuit. Dicitur enim Gene. 10. De Sem quoq; nati sunt patres omniũ filiorũ Heber fratre Iaphet maiore. hoc est nati sunt de ipso Sem fratre maiore ipsius Iaphet, qui fuit medius. Vnde & Berosus secundũ ordinẽ tẽporis eorum nomina ordinate describit, dum nominat ipsum Noacum tribus filiis Samo, Iapeto, Chem. Quòd autem Sem fuerit maior ex eo etiã patet, quod erat sacerdos, à quo descendit Abrahã. Dicit enim Hiero. in epistola ad Euagrium, Tradunt Hebræi Melchisedech regem salem, qui protulit panem & uinũ (erat autem sacerdos Dei excelsi) esse Sem primogenitum filium Noe. Simulq; & hoc tradunt ꝙ usq; ad sacerdotiũ Aaron omnes primogeniti ex stirpe Noe, cuius series & ordo describitur, fuerunt sacerdotes: & ideo uictimas immolarunt: & hæc esse primogenita, quæ Esau fratri suo uendiderit Iacob. Hæc ille. Igitur Sem cognomento dictus est Melchisedech, quia fuit rex iustus & pacificus. Interpretatur enim rex iustitiæ. & fuit rex salem, idest pacis, ut dicit Apostolus Ad Heb. 7. Vnde & cognomine dictus est iustus à uitæ sanctitate atq; pacificus à loco ubi pacifice dominabatur. De Salem ubi præsidebat dicit Hieronimus in prædicta epistola. Salem autem non, ut Iosephus & nostri omnes arbitrantur esse Hierusalem nomen ex græco hebræoq; compositum: quod absurdum esse peregrinæ linguæ mistura demonstrat: sed oppidum iuxta Scithopolim, quod usq; hodie appellatur Salem. & ostenditur ibi palatium Melchisedech ex magnitudine ruinarum ueteris operis ostendens magnificentiam: de quo in posteriore quoq; parte Geneseos scriptũ est. Venit Iacob in Sochot, idest tabernacula, & fecit sibi ibi domos atq; tētoria, & transiuit in Salem ciuitatẽ regionis Sichem. quæ est in terra Chanaam. Considerandũ quoque est ꝙ Abrahæ à cæde hostium reuertenti, quos persecutus est usq; Dan: quæ hodie Paneas appellatur, non de uia Hierusalẽ, sed de oppido metropoleos Sichem in itinere fuerit: de quo in Euãgelio quoq; legimus. Erat autem Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant ibi. Nec refert utrũ salem an Salim nominetur, cum uocalibus in medio literarũ perraro utãtur Hebræi: & pro uoluntate lectorum atq; uarietate regionum eadẽ uerba diuersis sonis atq; accẽtibus proferantur. Hæc ab eruditissimus gentis illius dicimus. Huc usq; Hieronymus. Glossa etiam ordinaria super illud Io. 3. Erat autem & Ioãnes baptizans in Ennon iuxta Salim, dicit Salim oppidum est iuxta Iordanẽ situm, ubi olim Melchisedech regnauit. Isidorus tamẽ in. 5.

etymo. dicit Salem esse Hierusalem, quam ædificauit Melchisedech. Ad huius diuersitatis declarationẽ dicũt aliqui quod Melchisedech ædificauit duo oppida sacerdotalia pro hostiis Pacificis quæ uocauit eodem nomine. Primum oppidum Salem sacerdotale er at iuxta Iordanem, ubi erant aquæ multæ ad lauandum. quia expiatio per aquas erat de iure gentium sacramentale quid præparans ab baptismum Christi quod est sacramentum. Secundum uero oppidum Salem sacerdotale erat, ubi nunc est Hierusalem. & prius dicebatur Salem. Sed postquam Abraham duxit illuc filium suum Isaac ad immolandum, accepit nomen Hierusalem, quæ interpretatur uisio pacis. Nam, ut dicitur Gen. 22. Abraham appellauit nomen loci illius, dominus uidet uel uidetur, iuxta aliam tralationẽ, Vnde usq; hodie dicitur. In monte dominus uidebit uel uidebitur. Hæc diximus, quia Melchisedech est ipse Sem: quem Berosus siue ipsius interpres uocat Samum. Describit autem Moyses Gen. 10. ex ipso Sem uigintiquinq; duces linguarum. Berosus uero plures, quia descripsit ipse Berosus Chaldæus tot duces quot regnorum & gentium conditores. Moyses uero descripsit eos, quibus fuit lingua diuersa, Propterea dicit Gen. 10 Isti sunt filii Sẽ secudũ cognationes & linguas regionis in gentibus suis. Berosus etiã profert horũ nomina alia prolatione scilicet Chaldæa, quæ linguæ latinæ per interpretẽ coaptata sunt. Moyses uero lingua hebraica: quæ tamen in latinis nostris codicibus ut plurimũ corrupta sunt: quæ emẽdata hic ponimus. Filii Sem. Elam, Assur, Arphaxat, Lud, Aram. A Beroso autẽ uel ab interprete Elam dicitur Elameus. Assur, Assyrius: Arphaxat, Arphaxeus, Lud, Lugdus: Aram, Arameus. Sequit Moyses. At uero Arphaxat genuit Sale, de quo ortus est Heber, Ipsi Heber nati sunt duo filii scilicet Phalech: & Ictam Berosus eadẽ nomina ponit relinquens Phalech. Sequitur Moyses. Ictam genuit Imodat, Asarmanet, Salep, Iadar, Adutam, Azal, Dicla, Obal, Abimael, aoba, Epir, Obula, Iobab. A Beroso uero pro Almodat ponitur Dlmadam: pro Asarmanet, Sarmates. pro Salep, Saladeus. pro adar Iader: pro Aduram Adulas: pro Azal Azalus: pro Dicla Diclas: pro Obal Obalus: pro Abimael Albanaes; pro Saba Saus: pro Epir Epirus: pro Obulo Obulas, pro Iobab Thiobũ. Sequitur Moyses. Filii autẽ Aram Hus, Hul, Geter, & Mes. Sed à Beroso ponitur pro Hus Auson, pro Vl Vol siue Vl, similiter: pro Geter Getul: pro Mes Mesa: & alius additur à Beroso scilicet Alam. Adiungitur etiam ab eo posteritas Mese filii Aramei: quem dicit genuisse quinq; duces uidelicet Getum, Dacum, Bannonem, Brigum, & Thinum.

Iaphet a' patre suo Noe benedictionem accepit,ut Gen.9. dicitur.Dilatet Deus Iaphet,& habitet in tabernaculis Sē Quod exponens Hiero. in lib. Hebraicarum quæstionum dicit. De Sem Hebræi de Iaphet populus gentium nascitur. Quia igitur lata est multitudo credentium à latitudine quæ Iaphet dicitur, latitudo nomen accepit. Quod autem ait,& habitet in tabernaculis Sem,de nobis prophetatur,qui in erudictione & sciētia scripturarū eiecto Isaele uersamur. Hæc ille. Duces ex Iaphet describuntur à Moyse.14. hoc est septem eius filii & nepotes etiam septem ex quibus dilatatus est in Asia in tabernaculis Sem, & in Europa in locis propriis. Vnde dicit Hierony.ibidem.De Iaphet filio Noe nati sunt septem filii qui possederunt terram in Asia ab Amono & Tauro Syriæ Celes & Ciliciæ montibus usq; ae fluuium Tanai. Iñ Europa uero usq; ad Gadira nomina locis & gētibus relinquentes, è quibus postea immutata sunt plurima,cætera permanent,ut fuerūt.Filii ergo Iaphet Gomer, Magog, Madai, Iauan, Tubal, Mosoch, & Thiras. Sunt autem Gomer Galatæ: Magog Scythæ, Madai Medi, Iauan Iones qui & Græci, unde & mare Ionicū, Tubal Iberi qui & Hispani, à quibus Celtiberi, Mosoch Cappadoces, unde & urbs hodie apud eos Mazeta dicitur. Porrò.70. interpretes Captorim Cappadoces arbitrātur,Thyras Thraces: quorū non satis immutatū est uocabulum. Hæ itaq; gentes de stirpe Iaphet ad aquilonis partem habitant. Hæc Hieronymns. Septem etiā ponuntur nepotes Iaphet, uidelicet tres filii Gomer.s.Ascanez,Riphat, Togorma, & quatuor filii Iauan scilz Helisa,Tharsis,Kithin & dodonim. Hieronymus autē ibidem dicit. Ascanez Græci Rheginos uocant, Riphat Paphlagonas: Togorma Phrygas,Helisa de Iauan, hoc est de Ionibus, idest Græcis nascuntur Helisei qui uocātur Aeolides, Vnde & quinta lingua Græcie Aeolis appellat̄. Tharsis Iosephus Cilitas arbitrat̄, unde & metropolis eorū ciuitas Tharsis appellat̄ Paulo apostu.gloriosa.Cethim Cithii, à quibus hodie quoq; urbs Cypri Titium nominat̄.Dodanim Rodii. Ita enim.70.interpretes trāstulerunt. Ab his diuisæ sunt insule nationum in terris suis. Legamus Varronis de antiquitatibus libros & Sinnii Capitonis & Græcū Flegonta, cæterosq; eruditissimos uiros, & uidebimus penè oēs insulas & totius orbis littora, terrasq; mari uicinas Græcis accolis occupatas: qui, ut supra diximus, ab Amono & Tauro mōtibus omnia maritima loca usq; ad Oceanū possedere Britani

eum. Hæc Hycto. Ex his tollitur ad miratio eorũ, qui nesciunt à quo filio Noe descẽderunt homines remotissimi ab habitationib. nostris: qui tempestate nostra in insulis nobis oppositis reperti sunt à Rege Hispaniæ & à Rege Portugalliæ. Qui utiq; progeniti sunt à descendentibus ex Iaphet, à quibus, ut dicit Moyses, diuisæ sunt insulæ gentium:uel etiam ab aliis in eas partes nauigantibus. Illi ergo sunt nobis Antipodes habitantes inHemisphærio opposito habitationi nostræ ut patet experiẽtia eorum, qui illuc missi sunt à pdictis regibus: quorum nõnulli incolumes reuersi, id testificati sunt & uerbis & scriptis,ita ut sit mõ notissimũ hoc apud omnes atq; certissimũ:quod erat dubiũ tempore Augustini, qui negauit Antipodes, ut patet in 16.de ci.Dei.c.9. & similiter Lactantius Firmianus,putabantq; hoc tanq̃ fabulosum ab antiquis authoribus descriptũ, quod tñ uerũ est & nõ fictum, ut iã diximus experiẽtia cõprobatum esse. Hic Iaphet, ex quo isti descenderunt, uocatus est Atlas Maurus à Diodoro Siculo in.4. lib.eo q̃ in Mauritania obierit. Berosus aũt uocat eũ Iapetum: cuius ponit octo filios,quorũ unus intermittitur à Moyse.s. Samotes,qui & Dis,quia nõ habuit linguã distinctã. Hæc nomnia,ut superius patet, p Moyse describuntur lingua hebraica, & à Beroso more Chaldæo, uel ab eius interprete secũdũ linguã Latinã,& ideo in aliq̃bus literis differunt. Pro Gomer à Beroso ponit̃ Comerus Gallus, pro Magog Magogus. Hic primus Celesiriã coluit,ubi à suo nomine urbẽ uocauit Magogibi,idest patria Magog,de qua Plinius in.5. natu. hist. ca.24. inquit Celesiria habet Bambicẽ quæ alio nomine Hirapolis dicitur, sed à Syris Magogibi prodigiosa. Ad hanc urbẽ loquitur Ezech. propheta ca. 38 & 39. Ecce inquit ego ad te Gog & Magog principem capitis Mosoch & Tubal. Pro Madai à Beroso ponitur Medus, pro Iauon Ion, pro Tubal Iubal, uel similiter Tubal, pro Mosoch Moschus Tyras non mutant̃, pro Ascbanezfilio Gomer ponit̃ Ascanius, pro Riphat Ripheus, pro Togorma Taguforma, Helisa filius Iauan eodẽ nomine scribitur Helisa filius Ion,pro Tharsis, Tharsus pro Dodonim Dodoneus, pro Cethim Kitim, qui & Italus cognomento Atalus siue Atlas. Ab isto Kitin Atlante affirmat Berosu Italiam dictam esse Kitim. Et idcirco dicendum est, q̃ utrio scriptorũ Gene. 10. scribitur Cethim cũ iuxta linguam hebraicam ibi scriptũ sit Kithim, à quo dicta est Italia,quia Kitim est Atlas Italus socer Choriti & pater Electræ, & fuit nepos Iapbet, qui dictus est primus Atlas maurus. Hic Atlas Italus fuit frater Hesperi regis Hispaniæ, quam teste Igino & Beroso ab Hispania pepulit in Italiam, & non fuit Atlas

Græcus Atlas ergò Italus Kitin, ut ait Fabius Pictor, in Auentino colle consedit: ad cuius radices iuxta Tyberim Capenam oppidulũ condidit: & Hespero fratre rebus humanis exempto ipse Italus accepto imperio prouinciæ eam Italiam dixit. Differunt autem Cethim & Kitim. Nã Cethim est urbs Macedoniæ adhuc dicta terra Cethim; de qua, 1. Macha. 1. dicitur. Alexandre Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia egressus de terra Cethim, procussit Darium regẽ Persarum & Medorum. Kithim autem, ut dictum est, Italia est à Kitim Italo dicta. De ipsa Italia prius dicta Kitim scribitur Numeri. 14. & Hesa. 23. & ultima. & Hiere. 2. & Ezech. 27. licet codices mendosi impressi habent Cethim pro Kithim. In his locis. 70. interpretes Kithim interpretantur Italiam. Hieronymus uero quandoq; interpretatur Italiam, quandoq; proprium nomen Itali in sua lingua relinquit: ut est illud Hiere. 2. Transite ad insulas Kithim, & uidete si mutauit gens deos suos: Populus uero meus mutauit gloriam suam in idolum. Vbi. 70. interpretes ita transtulerunt: Ite ad insulam Italiam; quia gens non motauit deos suos. Appellat autem Hiremias Italiam insulam, quia, ut uidemus, & T. Liuius in. 5. ab urbe condita dicit Italia instar insulæ cingitur supero & infero mari. Non mutauit autẽ deos suos. s. in Ethruria tantum: quia teste Mirsilo & Dinnysio Halicarnaseo, soli Etbrusci non mutauerunt deos suos uetustissimos. Subiungit etiam Berosus posteritatem Samotis: quã omitti Moyses, & dicit. Samotes cognomine Dis: cuius filius Magus: cuius filius Sarron: cuius filius Namnes: cuius filius Driiudes: cuius filius Bardus: cuius filius Longo: cuius filius Bardus iunior: cuius filius Celtes.

De progenitis ex Cham. *Cap. 5.*

CHam iunior filius Noe, quia à Beroso dicitur Chem cognomento Camefes fuit pessimus homo: qui & partem suum derisit, ut patet Gene. 9. ubi dicitur. Cœpitq; Noe uir agricola exercere terram, & plãtauit uineam: bibensq; uinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo. Quod cum uidisset Cham pater Chanaam, uerẽda scilicet patris sui esse nudata: nuntiauit duobus fratribus suis fora. Propterea recepit maledictionem à patre. Berosus etiam in tertio libro antiquitatum ipsum Chem uitiosum ostendit dicẽs. Primus omnium Noa inuenit uites atq; plantauit, & uinum conficere docuit, cuius uini inexpertus ex uapore ebrius effectus, minus pudice in terrã cedit. Erat autem illi filius ex tribus primus adolescentior Chem, qui semper magicæ ac ue

neficæ studens Zoroastris nomen cõsecutus est. Is patrem Noã odio habebat;quia alios ultimo genitos ardentius amabat: se uero despici uidebat. Potissime uero idem infesus erat patri ob uitia. Et infra eius uitam uitiosam ita describit. At uero Chem cum publice corrumperet mortale genus asserens & re ipsa exequens congrediẽdum esse, ut ante inundationem cum matribus, sororibus, filiabus, masculis, brutis,& quo uis alio genere, ob hoc eiectus à Iano piissimo & castimonia atque pudicitia refertissimo, sortitus est cognomentum Chem esenua, id est Chem infamis & impudicus, incubus propagator. Est enim Esen apud Scythas Arameos infamis & impudicus, enua uero tum impudicus, tum propagator. Eum inter homines huius dogmatis secuti fuerunt Aegyptii, qui sibi illum suum Saturnum inter deos adolescentiorum fecerunt,& ciuitatem illi posuerunt dictam Chemmin, à qua ad hãc ætatem omnes ciues illius appellamus Chemmenitas. Verum posteri hoc uitiosum dogma neglexerũt retento quod fuit primi moris, ut inter fratres & sorores coniugiũ iniri posset. Hęc Berosus. Ex dictis patet Chem dictum esse Camesem, Zoroastrem, & Saturnum. Moyses autem Gene. 10. ponit ex ipso Cam progenitos unum & triginta duces linguarum, Berosus uero plures describit ratione, iam dicta. Ponit ergo Moyses quatuor alios Cam dicens. Filii Cam Chus, & Mezraim, & Phut & Canaam. A Beroso uero ponuntur quinq; mutatione facta in nomine, uel in aliqua literarum nominis. Nam pro Cus à Beroso ponitur Cur: pro Mezrim Osiris: pro Phut Pheron qui & Pheriton: pro Canaam Cana cognomine Fenix: & subiungitur à Beroso Ochus: qui à Moyse intermittitur. Describuntur inde à Moyse filii Chus, Saba, Euila, & Sabata, & Regma, & Sabataca, & Nemroth: qui postea ædificauit turrim Babel. A Beroso uero pro Saba ponitur Arabs, alii uero sic ab eo nominantur. Saubecres, Saba Thurifer, Sabatius Saga, Nimbrotus pater Beli prisci. A Moyse duo filii Regma ponuntur scilicet Saba & Dadan, quorum non meminit Berosus. De filiis Mezraim à Moyse dicitur. At uero Mezraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim,& Neptuin, & Phetrusim, & Celluim. A Beroso uero dicuntur filii Osiridis: à quo pro Ludim ponitur Lidus priscus, pro Anamin Anameõ siue Meon: pro Laabim Libyus cognomine Hercoles, pro Neptuin Neptũnus, pater Lestrigonis, pro Phetrusim Petreus à quo Palæstini, pro Celluim Casseus à quo Syri, & Cappadoces. Quibus additur unus à Beroso scilicet Orus. Posteritas Cane siue Phœnicis in paucis à Beroso describitur. Nam à Cana Phœnice ab eo ponitur Sydon, Arcadius,

Aemathius, & Synius Moyses uero plures enumerat, quia illi imple uerunt Phœnicæ partem: quam occupaturi erant Hebræi: quam ipsi uocant terram Chanaam. Dicit enim Moyses. Chanaam autem genuit Sydonem primogenitum suum, Etheum, Iebuseum, Amorreum, Gerseum, Eueum, Aracheum, Cyneum, Aradium, Samaritem & Amatheum, & per hoc disseminati sunt populi Cananæorum. Amatheus est Aemathius apud Berosum: Aradius est Arcadius, & Cyneus est Sinius. A Moyse intermittuntur filii Phur, idest Phaetontis, quos ponit Berosus dicens. Pheriton siue Phaeton, a quo Lygur, a quo Cydmus, a quo Eridanus, a quo Ventus, a quo Venetus, a quo Thila. Describit etiam Berosus. 57. duces ex Hercules Libyo: qui ortus est ex Osiride, & inter hos duces ponitur Atho genitus ex Hercule & ex Omphale, cuius filius ponitur Tussus siue Tuscus, a quo Altheus, a quo Blason, a quo Dardanus, Ericthonius, Tros, Ilus, Laumedon, Priamus. Inter filios autem Cur fuerunt duo scilicet Saba Thurifer, & Sabatius Saga, quorum posteritates ponit Berosus dicens. Saba Thurifer posteros sex dedit, qui sunt Gogus pater Gangis, & Indi, Triton, a quo Amon, a quo Dionysius Libycus, & Hiarba. a quo Deabus cognomine Geta, a quo Lomnimi, qui & Geryones De posteritate uero Sabatii Sage dicit. Sabatios Saga genuit hos Curetes, qui sunt Sabus pater Sabelli, Curitus, Curitis pater Antini, Antinus, a quo Aruntius, a quo Ferentius.

Secunda ætas a diluuio ad Abraham. Cap.6.

NOe igitur genus Sem primogenitum sui. De Sem quoq;, ut dicitur Gene. 10. nati sunt patres omnium filiorum Heber, à quo dicti sunt Hebræi, ut etiam Hieronymus affirmat. Quoniam ergo de Sem nati sunt Hebrei per ipsum Heber, ideo ex hac generatione Sem, sumitur annorum numerus à diluuio usq; ad Abraham. Dicit enim Philo in breuiario temporum.
292 A diluuio ad Abraham fluxerunt anni duo & nonaginta supra ducentos hoc autem ostenditur ex Moyse Gene. 11. ubi dicitur. Hæ sunt generatione Sem. Erat Sem centum annorum, quando genuit Arphaxat biennio post diluuium &c. Et sic ibi texitur ordo nomen generationum in annis eorum uidelicet.

1 Natus est ex Sem Ahpaxat post diluuium anno secundo. 2
2 Arphaxat. cum genuit Sale, erat annorum. 35. 35
3 Sale, cum genuit Hebet, erat annorum triginta. 30

4 Heber, cum genuit Phalech, erat annorum. 34. 34
5 Phalech, cum genuit Rehu, erat annorum. 30. 30
6 Rehu, cum genuit Saruch, erat annorum. 32. 32
Vitio scriptorum in latinis bibliis impressis male scribitur eum fuisse. 35. annorum frustra superadditis annis tribus.
7 Saruch, cum genuit Nachor, erat annorum. 30. 30
8 Nachor, cum genuit Thare, erat annorum. 29. 29
9 Thare, cum genuit Araham, erat annorum. 70. 70
Colliguntur ergo à diluuio ab Abrahaam anni. 292. 292
Tempore igitur Abrahæ uiuebat adhuc Noe, quia ut dicitur Gen. ca.
350 9. Vixit Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis. Ex quo pa
58 tet quod quãdo Noe obiit, Abraham erat annorum quinquaginta & octo. Si enim hic numerus addatur annis inter diluuium & natiuitatem Abrahæ, consurget numerus annorũ. 350. quos uixit Noe post diluuium. Multo Magis tempore Abrahæ uiuebat Sem, qui dictus est Melchisedech, ut supra dictum est: cum dicatur Gen: 11. Vixit Sẽ
500 postquam genuit Arphaxat, quingentis annis: & superuixit Sem ip-
35 si Abrahæ annos trigintaquinq;. A natiuitate enim Sem usq; ad ortũ
390 Abrahæ fuerunt anni trecenti nonaginta, cum Sem ipse esset tem-
98 pore diluuii annorum nonaginta & octo. Nam biennio post diluuium
100 erat centum annorum cum genuit Arphaxat: & à diluuio ad natiui-
292 tatem Abrahæ fuerunt anni ducentinonagintaduo. Abraham autem
175 uixit annos centum septuagintaquinq;: qui iuncti prædictis annis
390 trecentis nonaginta fiunt quingentisexagintaquinq;: & tot anno-
565 rum erat Sem, quando mortuus est Abraham. Cumq; Sem uixisset
600 annos sexcentos, patet eum superuixisse Abrahæ annis trigintaquin
35 que, ut etiam computat Hieronymus in epistola ad Euagrium.

Tertia ætas ab Abraham ad legem Moysi. cap. 7.

ABraham pater multarum gentium filius Thare de stirpe Sem fuit natione Chaldæus natus in ciuitate Hur Chaldæorum. Nam prouincia Semnaar Chaldæa est pars prouinciæ Babylonis: quam Græci & Latini uocant Mesopotamiam: Hebræi uero Aram fluuiorũ, quia iacet media inter Tygrim
229 & Eufratem. In ea regione natus est Abraham ducentesimononagesimo secundo anno post diluuium, ut superius dictũ est: anno uz. 43. Nini regis Assyriorum ferè desinẽte. Ortus est autem in ciuitate Hur Choa. i. Chaldæa. quã enim Latini & Græci dicũt Hur Chaldæorum

eandem Aramei Hur Gua nominant: & Hebræi Hus Casdi. Vnde Ptolemæus in Geographia uocat eam Hur Coa. & moyses Hur Chaldæorum dicens Gen. 11. Thare genuit Abraham & Aram. Mortuu sq; est Aramante Thare patrẽ suum in terra natiuitatis suæ iu Hur Chaldæorum. Tulit itaq; Thare Abraham filium suum & Loth & Sarai, & eduxit eos de Hur Chaldæorum, idest de terra natiuitatis eius. Qui autem dicunt Hur ibi accipi pro igne, & sine certo authore & ratione affirmant Abraham fuisse proiectum in ignem: hi profecto scripturæ sacræ non conueniunt, quia uocat Hur terram natiuitatis eius: & ideo eorum dictum eadem facilitate contemnitur qua profertur. Ipsius Abrææ uita late describitur à Moyse: cui quosdam ex Etnicis historicos attestari Iosephus his uerbis ait in primo antiquitatum libro cap. 15. Meminit patris nostri Abraham Berosus non quidem nominans eum, sed ita dicens. Post diluuium decima generatione apud Chaldæos fuit quidam uir iustus magnus, in cœlestibus rebus expertus. Echatheus autẽ ultra memoriam eius plus aliquid fecit. Librum enim de eo conficiens dereliquit. Nicolaus uero Damascenus in .4. histo. sic ait. Abrahã regnauit in Damasco uenieus aduena cum exercitu de terra quæ super Babylonem dicitur Chaldæorum. Igitur post non multum tempus exurgens etiã de hac regione cum populo suo terram quæ tunc Chananæa, nunc uero Iudæa dicitur, habitauit. Abraham nunc usq; in Damascena ciuitate nomen habetur in gloria: & uicus ostenditur qui ab eo habitatio dicitur Abrahã. Fame uero posteris temporibus apprehẽdente Chanenæam: Abraham ad Aegyptios proficiscitur. Eratq; ibi in admiratione cũctorũ tãqua uir sapiẽs atq; paratus non solum ad intelligendũ, sed ad satisfaciẽdum, & loquendum quæcũq; docere niteretur. Arithmeticã eis quoq; cõtulit: & quę de Astrologia sunt ipse quoq; contradidit. Nam ante aduẽtum Abraham in Aegyptum hæc Aegyprii penitus ignorabant. A Chaldæis enim hæc plantata noscuntur in Aegypto: Vnde etiam peruenisse noscuntur ad Græcos. Hæ Iosephus. Eusebius quoq; in lib. 9. ca. 4. de præparatione euangelica etiam ad hoc alios citat dicens. Alexander autẽ historicus, qui multarũ rerum peritiam habuit, in uolumine de Iudaica historia Eupolemon ait hæc de Iudæis scripsisse. Ciuitas, inquit Babylon ab iis condita primum fuerat, qui à diluuio euaserunt, quos omnes gigantes fuisse constat sparsosque uniuersam terram postquam turris, quam ædificabant, diuinitus concussa decidit. Decima uero generatione in Camirine Babyloniæ urbe, quam alii Hurien dicunt (quod nomen latine Chaldæopolim significat) natus

est Abraham: qui sapientia omnibus excelluit: à quo Astrologia fuit apud Chaldæos inuenta. Is iustitia pietateq; sua sic Deo gratus fuit, ut diuino precepto in Phœnicē uenerit, ibiq; habitauerit: & rationē Solaris motus atq; Lunaris aliaq; Astrologia Phœnices docuerit. Vnde Phœnicum Regi gratissimus fuit, Et post pauca subiūgit. Annonę autem caritate oppressus in Aegyptum migrauit:&habitauit in Heliopoli cum sacerdotibus,à quo Astrologiā ipsi sacerdotes didicerant. qui tñ non inuenisse, sed ab Enoch per successionē sibi trāditā fatebatur.Et subiungēs ait. Græci aūt Atlantē aiunt Astrologiā inuenisse. Sed Atlantem & Enoch eundem asserit fuisse. Porrò Enoch, inquit, genuit Mathusalem qui ab angelis Dei multa cognouit, & cæteros docuit. Arthapanus uero historicus Hermuit Iudęos dicit appellatos fuisse,& Hebræos ab Abraamo dictos:quē ait ad Pharetatem Aegyptiorū regē migrasse: & Astrologiā illi tradidisse:ac post uiginti annos in loca Syriæ rursus rediisse.Melo autem in libris, quos aduersus Iudæos conscripsit, asserit Abraham sapiētissimum fuisse,duasq; uxores duxisse.alteram Aegyptiam ancillam, alteram indigenā coniugem.Hæc ex Eusebio.Ab ipso autē Abraham usq; ad legem datam Mosi fuerunt anni quingentiquinq;. Dicit enim Philo in Breuiario temporum. Ab Abraham ad Moysen fluxerunt anni quinq; & uiginti & quadringenti A Moyse ad exitū de Aegypto & inchoatum templū ligneum anni octoginta. ex quibus resultant anni quingenquinq;. Hic autem numerus annorum ex diuinis scripturis ita cōprobatur. 565 425 80 505

Abraham,cum genuit Isaac,erat annorū centum ex Gen. 21. 100

Isaac,cum genuit Esau & Iacob, annorum sexaginta Gen. 25. 60

Iacob, cum gennit Ioseph, annorum nonaginta & unius ex Eusebio & ex Gen. 73. 41. & 47. 91

Ioseph autem uixit annos centum & decem ex Gen. 50. 110

Et secuta est inde seruitus in Aegypto annis sexagintaquatuor. 64

Deinde natus est Moyses,qui stetitit coram Pharaone,& eduxit populum de Aegypto atq; accepit à Deo legem cum esset annorum octoginta, ut patet Exodi. 7. 80

Ex his consurgunt anni simul quingentiquinq;. 505.

Qui cōputantur ab Abraham ad legem datā Moysi. A quibus si subtrahas ætatis Abrahæ annos septuagintaquinq; , qñ ipse accepit repromissionē à Deo:& egressus est de terra sua:accepit peregrinari, cū dicatur Gen. 12. Septuagintaquinq; annorum erat Abrahā cum egrederetur de Aram:utiq; consequēs erit, ut anno trigesimo & quadringentesimo post repromissionem data sit lex Mosaica.Et hoc est,quod

Apostolus ad Gal.3. dicit. Abrahæ dictæ sunt repromissiones & semi
ni eius, qui est Christus. Quæ uero post quadringẽtos & triginta ãnos
facta est lex. non irritat & euacuat repromissionẽ & c. Eundẽ annorũ
numerũ Moyses exponit Exo.12 dicẽs. Habitatio filio. Israel, qua ha
bitauerũt in Aegypto: subaudi ab eo tẽpore, quo Abrahã primo des
cẽdit in Aegyptũ cũ esset annorũ.75. fuit annorũ quadringentorũtri
ginta. Sed à tẽpore, quo Iacob cũ familia sua ingressus est Aegyptum
cũ tunc esset annorũ centũ triginta, ut scribit Gen. 47. & tũc Ioseph
91 esset annorũ trigintanouẽ, quoniã anno patris nonagesimoprimo ge
nitus fuerat. cõsequẽs est q̃ filii Israel habitauerint in Aegypto ãnis
215 ducẽtis quindecim iuxta p̃dictam annorũ cõputationẽ. Sed Aposto
lus & Moyses non de hac, sed de prima locuti sunt. De Moyse aliqua
scribit Strabo lib. 16. in dimidio eiusdem libri. Ibi ea legere poteris.

Quarta ætas à tabenaculo & lege data ad inchoatũ tẽplũ Salomonis. Cap.8

NVmerus annorum à lege data Moysi qñ factum est taberna-
culum fœderis: ad inchoatum Salomonis templum descri-
bitur à Philone in breuiario temporum, ubi dicitur. Ab
exitu Agypto & inchoato templo ligneo ad inchoatum lapideum
anno quarto regni Salomonis: & executioni mandatum decretum
480 Dauid de successoribus regni anni colliguntur octoginta & quadrin
genti. hæc ille. Idẽ numerus annorum describitur. 3. Reg. 6. ubi dici-
tur. Factum est ergo quadriugentesimo & octogesimo anno egressio-
nis filiorum Israel de terra Aegypti in anno quarto rengi Salomonis
super Israel ædificare cœpit domum domino. Hæc annorũ summa di-
geritur ab ipso Moyse usq; ad Salomonem non per capita originum:
sed p ipsos duces Hebræorũ. quorum primus fuit Moyses, qui octoge
simo anno ætatis suæ eduxit populum de Aegypto, ut dicitur Exo. ca.
7. & 47. annis præfuit in deserto, ut patet Deuter. 29. Vixit autẽ Moy
ses annis centumuiginti, ut scribitur in calce Deuteronomii. Digerũ
tur ergo dicti anni. 480 per duces hoc modo secundũ Hebræos.

Moyses præfuit annis quadraginta Deut. 29.	40
Iosue annis decem & septem ex conuenienti computatione.	17
Othoniel annis quadraginta Iudicum. 3.	40
Aioth annis octoginta Iudicum. 3.	80
Delbora & Barach annis quadraginta Iudicum. 5.	40
Gedeon annis quadraginta Iudicum. 8.	40
Abimelech filius eius annis tribus Iudicum. 9.	3
Thola annis uigintitribus Iudicum. 10	23

Iahir annis vigintiduobus Iudicum 10. 22
Iepte annis ſex Iudicum 12. 6
Abeſſam annis ſeptem Iudicum. 12. 7
Ahialon annis decem Iudicum. 12. 10
Abdon annis octo Iudicum. 12. 8
Sampſon annis viginti Iudicum. 16. 20
Hely annis quadriginta. 1. Reg. 4. 40
Samuel & Saul annis quadraginta Actuum. 13. 40
Dauid Rex quadraginta. 3. Reg. 2. 40
Salamon rex inchoauit templũ anno. 4. regni ſui. 3. Reg. 6. 4
Ex omnib. his cõſurgit numerus ãnorũ q̃dringẽtorũ octoginta. 480

Regnauit autẽ Salomon annis .40. ut patet. 3. Reg. 11. & regni eius quartus annus fuit quadringẽteſimus octogeſimus ab egreſſu filiorũ Iſrael de Aegypto, vt iã ſupputauimus iuxta hebraicã veritatẽ. In codicibus inſup latinis ſecundũ Hebræos in libro Iudiciũ. 12. ca. ponit̃ inter Abeſſan & Abdon intermedius iudex. ſ. Ahialon, q in gręcis voluminibus intermittit̃. Hinc eſt q Euſebius, quia ſecutus eſt codices græcos iuxta 70. interpretes, q non ponunt ipſam Abialon, p̃termiſſo codẽ coactus fuit addere annos decẽ ipſi Ioſue dicẽs eũ præfuiſſe annis. 27. Si uero interponat̃ prędictus Ahialon, ſicut uere interponẽdus eſt, qm ipſe iudicauit Iſrael decẽ annis, vt patet Iudicium. 12. remouendi quidem ſunt decem anni à Ioſue ex. 27. quos ei attribuit Euſębius: & remanent ei anni decem & ſeptem, vt nos annotanimus. Non enim ponunt̃ in ſcriptura ſacra anni determinati, qbus idẽ Ioſue præfuit hebręis: ſed ex cõuenienti cõputatione tot anni prędicti cõprobant̃ ei. Anni ſeruitutũ hebręorum cõputatis cũ annis ſequentiũ Iudicũ vt aſſerunt hebræi. Quod ẽt cõfirmat Euſebius lib. de tpibus: & Nicolaus de Lyra in librũ iudicũ ca. 3. & ibidẽ ẽt Hugo Carrẽſis. Seruitus rñ ante. Iepte annorũ. 18. includitur in p̃cededtibus.

Quinta ætas à Salomonis templo inchoato ad eius deſolatonem. *Cap. 9.*

A Salomonis tẽplo inchoato uſq; ad eius deſolationẽ fluxe-
runt anni quadringenti quadraginta, ut cõputat Philo in 440
Breuiario temporum dicens. A quarto anno Salomonis
vſq; ad finẽ poſteritatis eius & primũ ſucceſſorem Ahiaſa 248
rim cognomine Ioas ſupputantur anni octo & triginta ſupra centum
A Ioas vero vſq; ad ſpontaneam trãſmigrationem Ioakin anni ſunt
ducentinonaginta & unus cõnumeratis decẽ annis, quibus regnauit 291
Amon captiuo patre Her, qui & Manaſſes. Porrò à tranſmigratione

11 ad desolationem anni sunt undecim. Hæc ille. Si ergo simul prædicti
440. anni colligantur, resultant anni quadringentiquadraginta. Hic autem annorum numerus comprobatur per tempora regum Iuda, quibusregnauerunt ex 3.& 4.libro Regum &.2.Paral. hoc modo.

1 Dauid Rex postq̃ regn. annis 40. & inde q̃atuor annis filius eius vz.
2 Salomon a.4. anno deinceps regnauit annis trigintasex. 36
3 Roboam annis decem & septem.3. Reg.14. 17
4 Abias annis tribus 4 Reg.15. 3
5 Asa annis quadragiuta & uno.3.Reg. 15. 41
6 Io saphat annis uigintiquinq;.3.Reg.22. 25
7 Ioram annis octo 4.Reg.8. 8
8 Ochozias anno uno.2.Paral.22.& 4.Reg.8. 1
9 Athalia annis septem.4.Reg.11. 7
10 Ioas annis quadraginta.4.Reg.12. 40
11 Amasias annis uigintinouem.4.Reg.14. 29
12 Azarias,qui & Ozias annis quinquagintaduobus.4.Reg. 15. 52
13 Ioathan annis sexdecim 4.Reg.15. 16
14 Achaz annis sexdecim.4.Reg.16. 16
15 Ezechias annis uigintinouem.4.Reg.18. 29
16 Manasses annis quinquagintaquinq;.4. Reg. 21. 55
17 Amon cōnumeratis annis.10.absente patre an.12.4.Reg.21. 12
18 Iosias annis triginta & uno.4.Reg. 22. 22
19 Ioachaz mensibus tribus.4 Reg.23.
20 Ioachim prius dictus Heliachim annis undecim. 4. Reg. 23. 11
21 Ioachim,qui & Helih, Neri, uel Ieconias mēsibus.3. & quarto mense ultro in Babyloniam transmigrauit anno.8. Nabuchodonosor, ut patet.4.Reg.24 pro quo:
22 Sedechias regnauit annis undecim.4.Reg.24. 11

Et tunc facta est desolatio templi anno.19. regni Nabuchodonosor, ut scribitur Hiere.52. &.4 Reg.25.

Ex quibus omnibus colligūtur anni quadringentiquadraginta. 440

Annos autem illos decem, quos. 70. interpretes & Philo annumerant ipsi Amon absente patre: Nicolaus de Lyra adiungit ipsi Asa:ex eo q̃. 2.Paral.16 dicitur. Anno.36.regni Asa ascēdit Baasa rex Israel in Iudam: quod uerum esse non posset, nisi eidem Asa prædicti decem anni adderentur. Sed mendosus est textus.2. Para. 16. quoniam ubi scribitur anno. 36. scribi debet anno 26. Quod probatur ex hoc q̃. 3. Reg.15. dicitur. Anno 3. Asa regis Iuda regnauit Baasa filius Ahie super omnē Israel in Tersa uiginti quatuor annis. Si ergo Baasa regnauit

sa regnauit.24.annis, & incepit regnare anno.3.regis Asa,hoc est cō pleto secundo anno & inchoato tertio, non potuit peruenire ad annum.36.regni Asa:sed ad.26. quo etiam anno obiit, ut dicetur.3. Reg.16.ubi sic scribitur. Anno.26.Asa regis Iuda regnauit Hela filius Baasa.Insuper ibidem scribitur.Anno trigesimoprimo Asa regis Iuda regnauit Amri super Israel.12. annis.Ergo anno.36.regni Asa regnabat Amri rex Israel,& decem annis antea obierat Baasa,& ideo textus.2. Paral.16. mendosus comprobatur. Potius ergo adhærendum est sententiæ septuaginta interpretum & Philonis : quam etiam sequitur Eusebius:& nos eandem sententiam imitamur. Ex prædictis regibus descendētibus ex Dauid natus est postea Christus,qui factus est ex semine Dauid secundū carnē, ut dicitur Roma. 1.cap. quia idē Christus descendit secundū carnē ab ipso Dauid nō quidē per lineā Salamonis:ut multi falsò putauerunt: quoniam eiusdem Salamonis linea defecit interfecto ab Hieu Ochozia, ut patet.2.Paral.22.& hoc fuit propter peccata eius. Vnde dicit beata Birgitta de Suetia libro.3.cap.19.suarum reuelationum. Salomon cui tam mirifica data & promissa sunt:excessit à bonitate: & non est completa in eo promissio propter ingratitudinem eius. Hæc illa.Sed ipse Christus processit ex Dauid per lineam Nathan filii sui naturalis germani Salomonis. Nam ut dicitur.1. Paral.3. Dauid ex Bersabee quatuor filios habuit, scilicet Symma, Sobab, Nathan, & Salomonem. Nam deficiente linea Salomonis interfecto Ochozia & cæsa Athalia successit in regnum Ioas, ut patet.4 Reg.11.Qui descēdit ex linea Nathan. In hoc plures authores decepti sunt describentes non recte Christi genealogiam: quoniam ad eorum manus non peruenit Philonis breuiarium de temporibus: qui ad plenum prædicta in eodem libro declarat dicens. Siquidem orta lite inter filios Dauid,quos ex Bersabee genuerat, quis regno præcederet: Dauid edicto statuit à iunioribus inchoari:& ut alter alteri succederet ubi posteritas naturalis deficeret.Itaq; à Salomone minimo cœptum est: & à Nathan illi natu proximiore filio dicto Ahiasar & Mathat & posteri eius Ahiasarim atq; Mathatim,id est,ut omnes dicerentur & essent fratres principis & do nati tempore ad succedendum. Hinc usq; ad Iosaphat & Ochoziam posteritas Nathan semper dicta est Ahiasarim. Nam quos occidit Ioram posteros Nathan, quos pater in tribu Iuda præter decretum honorauerat filii Iosaphat, fratres Ioram dicti sunt. Similiter infantes eorum, quos Ioram liberos quidem,sed redditu uacuos in tribu Inda reliquerat; dicti sunt fratres & filii Ochoziæ: cum tamen Ocho-

zias unicus ſolus ex Iorã & Salomone ſuperſtes eſſet. Quo perempto omnem ſtirpem regiã Ahiaſarim Athalia conata eſt delere: niſi prouidentia Ioſabet ſororis Ochoziæ ſaluatus fuiſſet minimus ex Ahiaſarim infans Helih, & qui Heli achim. Nã ſynonyma ſunt Syris & Aegyptijs Helih, Heliachim, & Io achim. Cognominatus autem infans Helih, fuit Ioas primus ex domo Dauid & poſteritate Nathan: Pro quo Mizmor, id eſt pſalmus a dextro & læuo choro decantatus fuit: qui a 70. ſenioribus ſeptuageſimusquartus poſitus eſt; & ſub Ioiada inſtitutus ne diſperderet Deus funditus domũ Dauid: ubi finierat proles Salomonis. Ab iſto Ioas atq; deinceps in rememorationem, reges ſemper binomii & trinomii fuerunt. Nã iſte primus dictus eſt Helih, Ioas, Symeon. Item Her, Manaſſes & Ezechias, Ieſus & eiuſcemodi. Huc uſq; Philo Hebræus. Hæc uerba Philonis conueniunt dictis diuinæ ſcripturæ in libris Regum & Paralipomenon: ut eleganter expoſuit Ioannes Annius in ſuis commentariis ſuper Philonem. Siquis ea uidere cupit, prædicta eius in Philonem commentaria legat.

Sexta ætas à templi deſolatione uſque ad Chriſtum. *Cap. 10.*

A Deſolatione templi uſque ad Chriſti conceptionẽ fuerunt
586 anni quingenti octogintaſex. Et facta additione nouẽ mẽ
ſium quibus in uentre matris uſq; ad natiuitatẽ eius man-
587 ſit, fuerunt anni quingenti octogintaſeptem: minus tribus menſibus. Ad hoc probandum diſtinguemus hæc intermedia tempora in quatuor partes imitantes Philonem hebræum. Et primo a templi deſolatione uſque ad liberationem a Babylonica ſeruitute in principio Monarchiæ Perſarum & Medorum regnante Cyro. Secundo a liberatione & eadem Monarchia uſq; ad principiũ Monarchiæ Græcorum regnante Alexandro magno. Tertio ab Alexandro magno uſque ad Iudam Machabæum: qui ab ipſo Philone dicitur Aſmonai, id eſt pugnax latine: & uulgo Palladinus ab armata Pallade: Græce uero Machabæus. Quarto a Iuda Machabæo uſque ad Chriſtum. Incipiamus ergo primo ab ipſa templi deſolatione.

De tempore captiuitatis Babylonicæ. *Cap. 11.*

TEmpus Babylonicæ captiuitatis a deſolatione templi uſq; ad populi liberationem, fuit annorum. 70. quod ſic oſtenditur ex Philone & ex diuinis eloquiis. Nam dicit Philo in breuiario temporum. Et a deſolatione ad carceres Ioa-

20 chin sunt anni uiginti, & ab eius transmigratione triginta & uno. Sex
annis sequentibus tunc editus est Mizmor octogesimusseptimus. In
7 fine autē septimi anni Euilmerodach eductum Ioachin de carcere in
honore habuit, eumq; populus Neri cognominauit, eo quòd lucer
na Dauid, quæ timebatur extincta illuxerit: & Mizmor octogesimus
octauus editus est ad gratiarum actionem atq; conseruationem gen
tis: & celerem missionem messiæ. Mox liberato Neri, datus est à Deo
filius Mesezebeel cognomento Salathiel, qui anno. 17. ante solutio-
nem captiuitatis genuit Barachiam: qui anno. 17. soluta, captiuita
te dux populi fuit, & ab eo ducatu dictus est Zorobabel anno à trans
migratione octogesimoptimo, & à desolatione septuagesimo. Hæc
Philo. Ex quo patet ꝙ à liberatione Neri a carceribus usq; ad solutā
43 captiuitatem fluxerunt anni quadragintatres, qui adiuncti prædictis
70 uigintiseptem constituunt annos septuaginta. Ponderanda sunt au-
tem uerba Philonis, quoniam distinguit annos transmigrationis spō
taneæ à desolatione & captiuitate uiolēta totius regni: & de utriusq;
distinctione atq; gestis scribitur in fine quarti libri Regum, & in ulti
mo. 2. Paralip. De utraq; etiam est uaticinium Hieremiæ phrophetæ,
capite. 34. Vbi in fine contra Sedechiam locutus est ipse propheta:
& solitudinem atq; desolationem uocat dicens. Reducam Chaldæos
in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersus eam, & capient eam, &
incendent igni, & ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eo quod non
sit habitator. Qualiter autē hoc sit adimpletum scribitur in eodem li
bro Hieremiæ à capite. 36. usq; ad. 40. & in fine. 4. Regum & in cal
ce. 2. Paralip. eiusdem desolationis uaticinium, & quantum tempo-
ris duratura esset desolatio exprimitnt Hieremiæ. 25. capite hoc mo-
do. Hæc dicit dominus exercituum. Pro eo quòd non audistis uerba
mea, ecce ego mittam & assumam uniuersas cognationes Aquilo-
nis, & Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum, & addu 101
cam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes
nationes, quæ in circuitu illius sunt, & interficiam eos. & ponam eos
in stuporem & in sibilum & in solitudines sempiternas. Et erit uni-
uersa terra eius in solitudinem & in stuporem, & seruient omnes gen
tes istæ regi Babylonis septuaginta annis. Cumq; impleti fuerint se
ptuaginta anni, uisitabo super Regem Babylonis, & super gentem il
lam dicit dominus, iniquitatem eorum: & super terram Chaldæo-
rum, & ponam illam in solitudines sempiternas. Ex quo sequitur
Philonem recte dixisse septuaginta annos desolationis & solitudinis
non transmigrationis, ut quidam incaute scribunt. Prius nanq; fue

rat transmigratio undecim annis: Et ideo Philo affirmat annos octoginta & unum a transmigratione & 70 ab ipsa desolatione. Hos etiã annos desolationis & non transmigrationis uocat sapientissimus Daniel propheta 9. ca. dicens In anno primo Darii filii Asseueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum anno uno regni eius: ego Daniel intellexi in libris numerum annorum de quo factus est sermo domini ad Hieremiam prophetam, ut complerẽtur desolationis Hierusalem. 70. anni Fuerunt ergo anni 70. a desolatione ad liberationem. Considerandum est etiam, ꝙ carceres Ioachin in iusti fuerunt, quia sub fide publica se se cum suis potestati magni Nabuchodonosor permisit: & post lapsum temporis annorum. f. triginta unius illum in uincla coniecit. Et idcirco illum tanquã iniuste ibi positũ filius eius cognomine Euilmerodach & nomine Amilinus eduxit, & honorauit, ut scribitur 4 Reg. 25. & Hieremiæ ultimo. Sicut autem Philo uocat Ioachin Neri, quod interpretatur lucens mihi, uel lucerna mea: similiter etiam Lucas euangelista 3. c. uocat eum Neri ex ipsius cognomine: & dicit eum patrem Salathielis, cui nomẽ proprium fuit Mesezebeel. Hinc fuit Barachias filius: qui a principatu cognominatus est Zorobabel, idest princeps captiuitatis Babel. Porrò Zorobabel genuit Rhesa cognomento Misciolam. Lucas etiã eum uocat Rhesa & 1. Para. 3. dicitur Misciollam. Breuibus autẽ uerbis ponitur genealogia hæc Neemiæ 3. ubi dicitur. Et iuxta eum edificauit Misciollam filius Barachiæ filiæ Mesezebeel.

De tempore a primo anno Cyri usque ad Magnum Alexandrum ex hebræis libris. Cap 12.

A Primo anno Monarchiæ Cyri & Darii quando facta est liberatio a captiuitate Babylonica: usque ad magnum Alexan-
191 drum digeruntur anni centumnonaginta & unus. Quod ostendit Philo per sacerdotes ex tribu Leui, & perduces ex domo Dauid dicens. Præfuerunt autem populo duces ex domo Dauid & sacerdotes ex Leui seorsum usque ad tempora Asmonai. Et prius describit ex ordine sacerdotes, deinde duces. De sacerdotibus ergo dicit. Et de his 70. seniores sic in scriptis reliquerũt. Iesus filius Iosedech magnus pontifex cum Barachia Zorobabele filio Mesezebeelis filii Neri ipse est Ioachin anno primo Cyri uenit Hierosolymam: & secundo anno dum iacerent fundamenta prophetantibus Agai & Zacharia ob mortem Darii Histaspis impeditum est opus, nec adiri potuit Cyrus, qui bello Thamirico erat impeditus. Suc-

cessit interfecto Cyro, Assuerus Priscus Artaxerses: qui bellum para-
bat contra Artaxat factionis Thamaricæ fautorē: qui & ad defectio
nem compulerat Assyrios, Medosq; ac Persas: & Assuerus intra Ba-
byloniam sese continebat. Ad eum Iesus pontifex quia duces Syriæ
contra Hebræos scripserat: se contulit relicto pontificatu anno. 12.
Assueri, filio suo Ioachin qui & Helih. Ergo qa eo anno erat Assue-
rus occupatus bello, non est auditus Iesus. Victor cum sequente an-
no missum à se Holofernem à Iudeis truncatum audisset, edicto pu-
blico vetuit templum erigi. Successerunt duo filii eius, qui de impe-
rio contendentes Dario Longimano, qui uotum relaxandi edictum
patris emiserat, septimo mense uictoria cessit. Anno eius primo re-
uersus Iesus hortantibus iisdem prophetis, ædificare templum anni-
xus. est. Gessit ergo Iesus pontificatum primum usq; ad duodecimū
annum Assueri Prisci, anni sex & triginta, Ioachin filius in eius absen 36
tia annis octo. Is & Iudith gesta conscripsit: & anniuersariam libera- 8
tionis memoriam, quotannis agendam instituit. Idem Iesus reuer-
sus prosecutus est pontificatum annis viginti usque ad uigesimum 20
annum Longimani natus annos triginta & centum Et successit Ioa-
chin item secundo pontifex annis quadraginta & octo usq; ad duo- 48
decimū annum magni Artaxersis Assueri: qui gesta Hester scripsit: &
memoriā Phurim instituit hortāte illū per litteras Mardocheo, qui
decem & octo annis ætatem Isaac superauit. Tertius pontifex succes 21
sit Eliasib annis uno & uiginti usque ad trigesimumtertium annum
magni Artaxersis. Hic primus posuit Hierosolymis portam gregis. 24
Quartus pontifex Ioiada gessit pontificatum annis uigintiquatuor: 24
& totidem Ionathan usque ad finem Ochi Artaxersis. Vltimus sub Ar 10
sis fuit sextus pontifex Iaddus annis decem, Hęc ille. Ex horum pon-
tificum temporibus colliguntur anni centumnonaginta & unus. Hos 191
etiam sex pontifex Neemias enumerat. 12. ca. dicens. Iesus autem
genuit Ioachin, & Ioachin genuit Eliasib: & Eliasib genuit Ioiada:
& Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Iedda. De bello aūt
Thamirico Philo sequitur ueram historiam Persarum & Metasthe-
nis Persæ chonographi: & asserit post mortem Darii interfectum
Cyrum & non ante, ut inconsulte describunt Herodotus & Eusebius.
Et hoc est, quod significat Esdras cap. 3. & 4. quod licet Darius &
Cyrus adepta Monarchia soluerint captiuitatem Babylonicam, quā
ibi inuenerunt: & dederint licentiam reædificandi templum, tamen
opus impeditum fuit à uicinis ducibus Cyri omnibus annis eiusdem
Cyri. Et post eum secutus Artaxerses publico edicto prohibuit hoc

addensque semper ciuitas illa rebellauerat cõtra reges: quia scilicet interfecerat fœmina Holofernem principem militiæ suæ existente pontifice Ioachin suffecto à patre Iesu, ut Philo scribit, & in libro Iudith commemoratur. Et non te perturbet quod Iste Assuerus uocetur Nabuchdonosor in libro Iudith: quia, ut ibi dicitur, & Philo scribit, Artaxat inuaserat Monarchiã tenebatq; Assyrios, Medos, & Persas: & hic Assuerus solam Babyloniã, ubi rex cõmuni apellatione dignitatis uocatur: Nabuchodonosor, sicut in Aegypto Pharao. Quod vero Philo scribit Mardochæum superasse Isaac annis decem & octo; significat eundem Mardochæum uixisse annis centum nonagintaocto: quia Isaac uixit annis centumoctoginta, ut scribitur Gen. 35. Deinde Philo describit duces ex domo Dauid: & incipit à Regibus domo Nathan descendentibus ante captiuitatem: & postea ponit duces inde sequentes. Subiungit igitur dicens. Principes uero ex domo Nathan primus Symeon qui & Ioas. Rursus Leui qui & Amasias. Item Iesus qui & Ezechias, Her quoq; qui & Manasses. Hi ante captiuitatem. Porrò in captiuitatis solutione Zorobabel primus
58 præfuit annis octo & quinquaginta. Rhesa Misciollam sex & sexagin
66 ta. Ioannaben Rhesa tribus & quinquaginta. Iudas primus cognomine
53 mine Hyrcanus quatuordecim. Hæc ille. Ex annis ergo horum du-
14 cum consurgunt similiter centum nonaginta & unus. 191

De tempore ab Alexandro magno ad Iudam Machabæum. Cap. 13.

164 AB Alexandro magno usque ad Iudam Machabæum fluxerunt anni centum sexagintaquattuor. Quod etiam ostendit Philo prius per pontifices Leuitici generis: deinde per duces Dauidicos. Dicit ergo. Ab Alexandro uero ad Asmonaim pontifices usque ad Iudam.

Onyas Priscus annis uigintiseptem.	27
Simon Priscus uigintribus.	23
Eleazarus Antiochi Theos inimicus uiginti.	20
Manasses Seleuco Gallinico amicus uigintiseptem.	27
Simon iustus honoratus a magno Antiocho uigintiocto.	28
Onias huius filius a Seleuco spoliatus templo trigintanouem:	39
Hunc sequitur Iudas Asmonai. hæc Philo.	
Ex prædictis redduntur anni centum sexagintaquattuor.	164

Deinde Philo eosdem annos cõputat per duces ipsos, dũ subiungit. Duces uero ex domo Dauid fuere.

Iosephus primus annis septem. 7
Abner Semei undecim. 11
Helith Matathias duodecim. 12
Asar Maat nouem. 9
Magit Arraxat decem. 10
Agai Hellli octo. 8
Massor Naum septem. 7
Amos Scirach quatuordecim. 14
Matathias Siloa decem. 10
Iosephus iunior Arses honoratus à Ptolemæo sexaginta. 60
Ianneus secundus Hyrcanus præfuit annis sex & decem. 16
Hæc Philo. Ex his ducibus colligunt āni cētū sexagintaquatuor. 164
De Regibus autem ex Nathan ante captiuitatis liberationem, & de ducibus post ipsam liberationem quo ad eorum nomina siue cognomina usque ad Iudam Machabęum conueniunt Lucas euangelista & Philo, & in multis etiam Iosephus.

De tempore a Iuda Machabæo usq; ad Christum. *Cap.14.*

A Iuda Machabæo usq; ad Chisti cōceptionem fluxerunt anni centum sexaginta & unus. Hoc autem probatur ex uerbis Philonis in breuiario temporum. In quo tempus a Iuda Machabæo ad tyrannidem Herodis & ab ea ad legitimum eius principatum; à quo usq; ad suam ætatem idem Philo describit dicens; Mox secuti Asmonai simul cum pontificatu etiam ducatum à domo Dauid subripuerunt. Vnde orta est inimicitia & simultas. Iudas Asmonai correptis armis contra Antiochum illustrem & filium eius Eupatorem atq; Demetrium præfuit annis quinq;. 5 161
Ionathas eius frater decem & nouem. 19
Simon ab Antiocho Sidete immunitate donatus pfuit annis octo. 8
Ioandes Hyrcanus Priscus ex Asmonaim annis uigintisex. 26
Aristobolus uno. 1
Ianneus Alexander uiginti septem. 27
Eius uxor Alexandra nouem. 9
Vltimus Hyrcanus trigintaquatuor. 34
Qui captus à Parthis relicta uxore ac filia eius fratre Aristobolo; Mox Herodes iubente senatu Romano: inuitis Hebræis regnum tyrannicum iniit sumpta sibi uxore filia Hyrcani capti à Parthis:&declarato filio eiusdē Hyrcani Aristobolo pontifice, ut Iudæorum animos ad se inclinaret, Sustulit autem ex filia Hyrcani 129

sibi uxore filios duos. Sed cum anno uigesimo sexto tyrãnici regni sui Herodes reuersum socerum Hircanum aduerteret more prisco regis salutari ab Hebræis, illum sibi socerum, socrumq́; atq; filiam sibi uxorem & duos ex ea susceptos liberos & Aristobolum interemit. Bienniоq́; post Hebræos multis calamitatibus afflixit. Anno uero trigesimo principatus sui tyrannici Zanedrim ex domo Dauid deleuit, & Annaleum quendam atq; Zanedrim ex Proselitis suffecit, qui nimium in lege uidebantur eruditi. Tum & Salome sororem suam: & uirum eius de tribu Iuda, itemq́, proprium filium quem ex uxore eiusdem tribus susceperat, interfecit, quod diceretur iam in lege promissus Christus natus. Fessi tandem Hebræi, ultro ipsi ac eius posteris regnum obtulerunt, iurantes in fide ipsius ac posterorum sese permansuros. Regnauit hic primus Herodes Ascalonita tyrannico principatu
31 ãnis trigintauno, & legitimo sex. Et filius eius Archelaus annis nouẽ. Herodes autem tetrarcha annis uigintiquatuor, cuius uigesimo primo anno legatus à nostris Iudæis ab Alexãdria missus adolescẽs erã. Secutus est hunc Agrippa Priscus annis septem. Agrippa iunior annis septem & uiginti. Et Agrippinus, qui & Agrippa ultimus annis triginta usq; ad hunc ultimum annum ætatis meæ decrepitæ. Hic est finis breuiarii tẽporũ prædicti Philonis. Sũt ergo anni à Iuda Machabæo usq;
129 ad tyrannicum principatum Herodis centumuigintinouem, ut hic Philo enumerat. A quo discrepat Iosephus, qui affirmat annis duobus minus regnasse Asmonai idest annis. 127. ideo hic reiicitur Iosephus, & in multis aliis temporibus. Nam libri Machabeorum, qui olim absque temporibus scripti erant, & gesta & sub quibus regibus acta erant apud ueteres habebantur, Iosephus in eis tempora adiiciens, eos apocryphos reddidit, quia ponit Antiochum illustrem regnasse anno centesimo trigesimoseptimo regni Græcorum, scilicet ab Alexandro magno, ut. 1. Machab. primo cap. scribitur, qui tamen regnauit anno centesimo quinquagesimotertio, ut patet in annalibus Græcorum persingulos reges Asiæ & Siriæ post Alexandrum: quos Eusebius in libro de temporibus erudite annotauit. Porrò Herodes, ut dictum est, regnauit tyrannico principatu annis trigintauno & legitimo. 5. atque simul in totum regnauit annis. 37. ut omnes concedunt. Cœpit autem legitimus principatus Herodis regni sui anno. 32. incipiente, qui erat etiam incipiens annus quadragesimus secundus Octauiani Augusti, ut patet per Olympiades, & per Eusebium in libro de temporibus. Quo tempore Christus de Virgine conceptus est, & impleta est tunc pro-

phetia Iacob dicentis Gene. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda &
dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus eſt, ideſt Chriſtus
uerus meſſias. Nondum autem erat ablatum regnum & ducatus Iu-
da in tempore tyrannici regni, ſed cum cœpit regnare legitimo prin
cipatu, quando conceptus eſt Chriſtus. Si ergo annis prædictis cen
tumuigintinouem à Iuda Machabæo ad initium regni tyrannici He- 129
rodis, adantur. 32. anni Herodis, quando ſcilicet conceptus eſt 32
Chriſtus, conſurget numerus annorum centumſexaginta unius à 161
Iuda Machabæo ad Chriſti conceptionem. Quia uero, ut dicit
Philo, ſuſceptus principatus fuit cauſa ſimultatum: Nam duces
Dauidici depreſſi equidem iure iraſcebantur: & ideo ipſe Philo non
ponit, qui ſucceſſerint ex domo Dauid: quia ſtuduit tempora perdu
ces notiores exprimere, qui ſumpſerant principatum. Quidam ue-
ro Iudæi in primitiua eccleſia fingentes ſe Chriſtianos, ut obſcura-
rent genealogiã Chriſti, quam Lucas & Mathæus aperte deſcribunt:
potiſſime Lucas, qui ait Ianneo ſucceſſiſſe Melchii: & Melchii ſucceſ
ſiſſe Leui patrem Marhan & auum Helich ſiue Ioachin, tranſmu-
tatis nominibus dixerunt Panter pro Melchi: & Barpanter pro Leui
& quòd Helith quaſi alter à Ioachin fuerit pater Ioſeph legalis per
ſuſcitationem fraterni ſeminis. cõtra quos Hieronymus de ortu bea
tæ Mariæ uirginis ſcribẽs. Quid, inquit, Pãteris & Barpanteris & fra
terni ſeminis ſuſcitatione opus fuit ad genealogiam Mariæ quę cla-
ra eſt, niſi quia falſi fratres ſub ſpecie angeli lucis ad eludẽdũ euãge-
lia quaſi illa expoſituri hęc finxerunt: ubi euangeliſta Lucas & ſan-
ctorũ traditio Syrorũ, ſicut Philo & Lucas clariſſime deſcripſerunt.
Quin etiam & ubi Lucas tempora non colligit, & Philo deſinit ipſi
ea clariſſime inferunt dicentes. Vixit autem Melchi filius Iãnei an- 25
nis quinq; & uiginti, & genuit Leui: qui quadragenarius genuit Ma- 40
than, Hic agens annum trigeſimumſextum genuit Ioachin, qui & 36
Helith patrem quidem naturalem Marię & legalem Ioſeph. Annno 44
autem quadrageſimo ſexto ipſe Iaochin natura ſterelis genuit Ma- 16
riam. Quæ & ipſa quartodecimo ætatis anno genuit Saluatorem.
Hæc Hieronymus. Si ergo enumerentur anni à Melchi uſq; ad quar-
tumdecimum annum beatæ Mariæ uirginis conſurgent anni cen- 161
tum ſexaginta & unus: & totidem à Iuda Machabæo ad trigeſimum
ſecundum annum Herodis. Quare primus annus, quo legitime ſcep
ptrum de tribu Iuda ſuſtulit Herodes, idem fuit & primus conce-
pti Saluatoris. Colligamus ergo ſimul annos à deſolatione tẽpli, ad
Chriſti incarnationem ex prædictis quatuor diſtinctionibus ſextæ

ætatis:& inueniemus eos esse qui ingentos octogintasex.
Nam à desolatione usq; ad liberationem fuerunt anni. 70
A liberatione usq; ad Alexandrum magnum anni. 191
Ab Alexandro usq; Iudam Machabæum anni. 164
A Iuda Machabæo usq; ad Christi conceptionem anni. 161
Ergo à desolatione usq; ad Christum conceptum fuerunt anni. 586

EPILOGVS.

Similiter colligendi sunt simul omnes anni à mundi creatione usque ad Christum ex distinctionibus prædictarum sex ætatum.
Nam ab Adam usq; ad diluuium fuerunt anni. 1656
A diluuio usq; ad Abraham fuerunt anni. 292
Ab Abraham usq; ad legem datam Moysi fuerunt anni. 505
A lege Moysi usq; ad inchoatum templum Salomonis anni. 480
Ab inchoatione templi de eius desolationem anni. 440
A desolatione usq; ad Christi conceptionem anni. 586
Ergo à creatione mundi ad Christum conceptum sunt anni. 3959
Quibus addendi sunt nouem mēses quibus Christus in utero matris mansit antequam nasceretur. Itaque a creatione mundi usq; ad
3960 Christi natiuitatem colliguntur anni tria millia nongenti sexaginta minus tribus mensibus. A cuius natiuitate iuxta morem communem ecclesiæ Romanę, deinceps enumerantur anni domini Saluatoris Hæc sufficere possunt ad comprobandam ueritatem temporum ab exordio mundi ad Christum. Sed ad Maiorem euidentiam ex aliis regnis eadem tempora in tribus sequentibus libris adhuc uberrime demonstrabimus.

Liber tertius de Italorum temporum descriptione.

PROLOGVS

De tēporibus ante diluuium in libris Etnicorū nihil inuenire potuimus, nisi quod scribitur à Beroso Chaldæo, qui primo antiquitatum libro ita dicit. Anteaquarum cladem famosam, qua uniuersus periit orbis, multa præ-

terierunt fecula, quę à nostri Caldæis fideliter fuerunt seruata. Cum ergo singula tempora non expresserit ante diluuium, & ad nos non peruenerint annalia Chaldæorum, non possumus ex eorum scriptis comprobare eadem tempora: nisi ex Moyse & ex Hebræis codicibus & Philone, qui dicunt à mundi creatione ad diluuium fluxisse annos millesexcentos quinquagintasex, ut superiori libro descripsi- 1656
mus. Post diluuium uero ipsi Etnici singula tempora & annos describunt, quasi fuerit post ipsum diluuium prima hominum origo & in iisdem annorum numeris conueniunt Moyse, Hebræis & Philoni: quod ostendemus in hoc. 3. libro, in quo agendum est Italiæ imperio iuxta diuersa seculorum tempora, metallorum uaria specie designat.

De aureo seculo. *Cap. I.*

Qvemadmodum ait Marcus Cato Portius in fragmentis. Italiæ splendidissima origo fuit, tum tempore, tum originæ gentis, Cœpit enim aureo seculo sub principibus diis Iano, Camese, Saturno, gente Phœnica & Saga: que post inundationem terrarum per orbem prima colonias misit. Et de mundi quidem origine authores non paria sentiunt. Nam Chaldęi sibi sempiternitatem persuadent. Phœnicibus uero ac Sagis magis placet origo. Inter utrosq; conuenit ante Ninum circiter annis quinquaginta & ducentis, quibus durauit aureum seculum, terras fuisse inundatas, & in Scythia Saga renatum mortale genus. Hæc ille. Eidem conuenit Archilocus in libro de temporibus. qui Maseam Phœnicem Damascenum citat dicens, Maseas Phœnix Damascenus libro nonagesimoseptimo historiarum asserit ante Ninum fermè ducentis quinquaginta annis fuisse inundationem terrarum: & quendam, cui testimonium perhibet Moseus antiquisimus historicus, liberatum circa fluuium Araxim ad montes Caspios: tumq; recenti cœlo & rudi humano genere uixisse auream uitam: in qua nullo ferente legem natura ipsa uiuebatur: quousque Ninus & Semiramis arma populis inferentes primi uitam uitiare cœperunt humanam. Hæc ille. Quintus Fabius Pictor prædictis duobus etiam conuenit in libro de aureo seculo, & de origine urbis Romæ dicens Italiæ imperium penes duos populos principes extitit: Posterius Romani: principio Thusci sub Iano cœperunt in aureo sæculo. Aurea ætas primo ortu generis humani fuit sic dicta, quòd posterioribus seculis comparata, æque ut aurum in-

ter metalla effulsit. Eam cœpisse sub Ogige ante Ninum annis circi
ter ducentis, & quinquaginta Xenophon atq; maiores prodiderunt.
Is Ianus sub initium aurei seculi, leuum latus Tyberis in Etruria
tenuit. Cameses uero ac Saturnus circa finem eiusdem ętatis dex-
trum incoluerunt, Hæc ille. Aurea ætas non durauit integris annis
ducentis quinquaginta: sed ferè uno minus: ideo prædicti authores
eidem numero ducentesimo quinquagesimo addiderunt fermè uel
249 circiter, Nam & Berosus, ex quo authores præfati hęc hauserunt,
enumerat annos ętatis aureæ ducentos quadragintanouem Xeno
phon etiam in libro de æquiuocis idem tempus describit à publi-
ca fide colũnæ in Babylonia excisæ à Semiramide. Enumerat enim
131 ab inundatione ad Saturnum patrem Belli annos trigintaunum su
56 pra centum: & à Saturno ad Belum filium annos sex & quinqua-
62 ginta: & à Belo ad Ninum annos sexagintaduos. Itaq; ab inunda-
tione ad Ninum primum monarcham fuerant anni ducentiqua-
249 draginta nouem. quos ostendimus tribus regibus Italiæ a diluuio ad
Ninum & Camesem.

Solitudo Italiæ annis centum & octo.	108
Ianus primum adueniens annis trigintatribus.	33
Comerus Gallus annis quinquagintaocto.	58
Ochus Veius annis quinquaginta.	50
Ex quibus consurgunt anni ducentiquadragintanouem.	249.

Hos tres reges nominat Berosus author publicæ fidei: qui dicit anno decimo Saturni patris Beli Ianũ misisse colonias Vhulcas, duce Comero Gallo: cui filius fuit Ochus Veius.

De argenteo seculo. Cap. 2.

POst aureum seculum secuta est argentea proles: de qua dicit Fabius Pictor. Circa finem aurei seculi primus omnium Ninus Rex Assyriorum hos aureos mores noua regnandi cupiditate mutauit. Et primus limites trãsgressus bella finitimis mouit: & totius Asiæ populos perdomuit: sub quo Cameses præfectus fuit Aboriginibus. Et paulo post frementibus undiq; contra se armis: toto prius Perrerato orbe Saturnus ad Ianus se contulit. Eum comuni hospicio Ianus Receptum Latio & Aboriginibus perfecit. Et more quamuis tunc finientis aurei seculi, intra fines suos sese quisque continuit: Ianus in Ethruria; & Saturnus in Latio: Tyberimq; fines imperi esse

instituit. Intra enim suam cuiq; patriam tunc de more regnum finiebatur. Limes igitur erat inter eos Tyberis, aræ uero limitum erant Ianiculum & Saturnia Capitolina. Ethruriam à Ianiculo Ianus, Latium à Saturno Saturnus cognominauit. Ad radices enim capitolij Saturnus condiderat, ut Ianus Ianiculum. Hæc igitur fuit prima Romæ origo ad radices Capitolii: ubi tunc pascua bobus erat. Hæc ille. Cui & conuenit Cato in fragmentis, qui, ut in. 2. libro Dionysius dicit, Fabium Pictorem secutus est dicens. Roma principio sui pascua bobus erat.

A Camese autem ad Atlantem Italum, à quo Italia dicta est, fluxerunt anni quadringentitriginta sub his regibus. 430

Cameses regnauit annis decem & nouem.	19
Iani secundus aduentus annis octogintaduobus.	82
Cranus Razennus annis quinquagintaquattuor.	54
Aruns annis quadragintatribus.	43
Tages annis quadragintaduobus.	42
Sicanus annis triginta.	30
Enachii Lukii annis triginta.	30
Apis annis decem.	10
Lestrigon annis quadragintaquinq;	45
Hercules annis triginta.	30
Thuscus annis uigintiseptem.	27
Altheus annis septem.	7
Hesperus annis undecim.	11
Ex his consurgunt anni quadringenti triginta.	430

Hæc tempora fidem publicam habent à Beroso in 5. antiquitatum. Qui per Reges Assyriorum a Camese, qui rexit primo anno Nini colonias Italas, usque ad Italum supputat totidem annos, & Laerthes quot assignauimus. Insuper Camesis, Saturni: Iani meminit Iginus, Plutarchus, Macrobius in primo Saturnaliorum, & nonnulli Poetæ. Cranæ Razenui meminerunt loca Voltutnæ ita dicta: & Mirsilus de origine Italiæ; & Dionysius in primo libro dicens Thuscos se appellare a duce Razenuos. Aruntis primi, quem Berosus Arunum nominat, memoriam seruant eius coloniæ Thuscæ: Aruntini ueteres: Aruntini Rullienses: Aruntini Fidentiores. Tagetem fuisse, qui primus Thuscos aruspicinam docuerit omnes cum Beroso confitentur. Sicani prædia in agro Vetuloniæ manent; quæ dicimus uallem sicaniam: sicut Enakios omnes Kathenakios, idest congregationes gigantum; quos expugnauit Apis: & filius eius Hercules Aegyptius.

Vnde & uallem gigantum etiam circa Thuscanellam incolæ uocant & campum Cymeum iuxta ket enakia: ubi Ioui iusto Api affuerunt Itali contra gigantes, ut asserit Diodorus in sexto libro. Aliquod annis præfuisse Italiæ Apim & eius nepotem, quem Græci Anthropophagum Ethrusci Churchium: Latini & Berosus Lestrygonem uocant. Itemq; & Herculem, Tuscum, Alcheum, & Hesperum cuncta supradicta monumenta cum Beroso confirmant. Et ideo à Chamese usq; ad Hesperum amplam Fidem temporum & hominum Berosus & historici & eorum monumenra præbent.

De Aeneo seculo. Cap. 3.

Seculum Aeneum incepit ab Atlante Italo, à quo Italia nomen accepit. & usq; ad Troianum excidium. Dicit enim Fabius Pictor in secunda parte libelli primi de origine urbis Romæ, Prima igitur origo Romæ fuit collis Capitolinus ante Saturnia dictus. Sequens hunc Auentinus fuit habitatus ab Atlante Italo è Sicilia aduecto eo contra fratrem suum Hesperum: in cuius tutela erat Aethruriæ imperium adhuc Iano puero & immaturo ad munera regia & regni. Porrò Italus dimicare à Iano & Aethruscis prohibitus in Auentino consedit: ad cuius radices iuxta Tyberim ope atq; consilio Iani Capenam oppidulum condidit, & regionem eius permissu Italiam dixit. Mox Hespero fratre rebus humanis exempto Italus in tutelam Ianum & Ethruriam suscipiens, omnem circa Tyberim regionem extinctis ultro citroq; aliis cognominibus à se Italiam nuncupauit. Hæc ille. Teste Igino, cui concordat Berosus Atlanti Italo, à quo Italia dicta est, frater fuit Hesperus Rex Hispaniæ, inter quos bello orto ob regnandi cupiditatem superior fuit Atlas Italus, qui pulso Hespero in Italiam regnauit in Hispania, atq; Sicilia. Hesperus in Italia ad Thuscos se conferens regni tutor factus est Iano tunc infante, ut Fabius innuit. Sed considera unum fuisse Ianum Priscum, plures uero posteriores: quorum hic fuit unus, cui nomen Cambóblascon: & cognomen fuit Coritus gener Atlantis Itali. ut quinto antiquitatum Berosus prodit. Ab hoc Hespero Italia & Hispania Hesperæ dictæ sunt, quia utrobiq; regnauit, ut Iginus scribit & Seruius super Aeneida refert. Non autem dicunt ab hespero sydere, ut Græci mentiuntur: quia eò nauigant ab Italia in Hispaniam: quia sic & Gallia esset Hesperia, quia eodem sydere nauigant ab Italia in Gallias, uel quia sola stella Polari fiat nauigatio. sed

ut dictum est ab Hespero,qui in Hispania & in Italia regnum tenuit. Verum pauloante obitum Hesperi Italus in Hispania in Siciliam: & a Sicilia in Italiam contra fratrem dimicaturus concessit in Latium: ubi Etrusci cum Iano puero obuiantes prohibuerunt Italum cum fratre arma conferre. Permiserunt tamen, & opem consilio adiecerunt, ut è regione Saturniæ collem Auentinum teneret: & condito oppido Capena etiam agrum eius à se Italiam diceret. Mox ergo mortuo Hespero tutor Iani, qui & Coriti successit Italus in Vetulonia, ut in 5. antiquitatum Berosus tradit. Subiungit autē Fabius Pictor post prædicta dicens. Suscepto igitur Italus Italiæ imperio tum filiam suam Romam nomine Siculis & Aboriginibus in Latio præfecit, quæ relicta Capena medium Palatium tenuit: & in uertice ubi hæret Exquilino, Romam oppidulum condidit, quod Valentiam sonat. hæc ille. Huius ergo ærei seculi tempora demonstrabimus prius per Reges, Laertes Italiæ in Vetulonia: deinde per subregulos, qui regnauerunt in Latio: unde Latini duxerunt originem: ex quibus etiam sub secuti sunt qui Romani denominantur. Ab Italo ergo usque ad excidiū Troiæ fluxerunt anni 448. quod ostenditur ex tēporibus ab Italo usq; ad decimūoctauum annum Mezentii, quo anno Troia euersa est. 448

Italus ego Atlas regnauit annis decem & nouem.	19
Morges anni uiginti.	20
Coritus annis trigintatribus.	33
Iasius annis quinquaginta.	50
Corybantus annis quinquaginta & uno.	51
Turrhenus annis quinquaginta & uno.	51
Tarcon Priscus annis uigintitribus.	23
Abas annis quindecim.	15
Olanus annis uiginti uno.	21
Veibennus annis quadragintaduobus.	42
Ofcus annis trigintaquatuor.	34
Tarcon secundus annis quadraginta quattuor.	44
Tyberinus annis triginta.	30
Mezentius annis uigintiduobus.	22
Ex quibus consurgunt anni quadringentiquiquagintaduo.	452
A quibus si subtrahas annos quattuor, quibus regnauit Mezentius post excidium Troiæ, remanent anni quadringentiquadraginta octo ab Italo ad Troiæ incendium.	448

De his regibus Latini historici non tacuerunt, & eorum monumenta adhuc extant. De Italo & filio eius Morgete atque Itali genero Co-

tito & eius filio Iasio: necnõ & de Turrheno Meone & eius filio Dar conte Prisco pleni sunt codices. De Bante vero, quam Berosus Corybantem vocat, id est hastatum Bantem inscriptio Grauisca memoriã facit. Abas à quo Abantes in Thuscia populi ad caput Abium maritimi: prepetuum argumentum habet regionem ipsam vnde Lucumo nomine Toruus classis maritimæ pro Aenea princeps fuit, ut author est Virgilius in 10. Aeneidos denominanus ipsum Toruum Abantem. Olanum ducem Thusciæ fuisse, qui primus Mediolanus fundauerit, testis est Cat. in fragmento.7. originum. Veibenum cognomine Massum conseruant monumenta & urbs in Thuscia Massæ: & Cœlius Veribenus à familia, ut memorat Varro in Primo de lingua Latina. De Osco sunt coloniæ Osca, quæ & Capua. Nam Osci sunt Capuenses, ut ait Seruius super Aeneida: & Volosca. i. antiqua Osca, & per syncopam Volsca. & Volsci populi De Tarconte fecundo qui Cacum coniecit in Labyrinthum. Solinus etiam loquitur in Collectaneis. Tyberini patris Ocni ex fatidica Manto à quo Albula Tyberis dictus est, meminit Virgilius in .8. & .10. Aenidos: & alii authores De Mezentio uero memoriam facinnt Liuius in primo ab vrbe condita: Dionysius item Halicarnaseus in.2. libro Macrobius in primo Saturnaliorum: & Virgilius in 8.&. 11. Aeneidos & deinceps. Eadem tempora supputantur persubregulos Latii ex Beroso & Manethone. Licet Manethon aliqua emendatione indigeat, ubi non consulte locutus est: uel ubi uitio scriptorum est deprauatus.

Roma filia Itali in Latio regnauit quadragintasex.	46
Romanessus eius filius annis septuaginta & uno.	71
Picus Priscus annis quinquagintaseptem.	57
Faunus Priscus annis triginta.	30
Amnus Faunigena qui teste Sillio locauit. Agillam filiam Trasimæno filio Thurreni annis quinquagintaquatuor.	54
Vulcanus annis trigintasex.	36
Mars cognomine Ianus annis uigintitribus.	23
Ceculus cognomine Saturnus annis trigintasex.	36
Picus iunior annis trigintaquattuor.	34
Faunus iunior annis uigintiqnatuor.	24
Latinus Aeneæ postea socer annis trigintanouem.	39
Ex quibus consurgunt quadringentiquinquaginta.	450
A quibus si demas duos annos, qbus regnauit Latinus post excidiũ Troiæ, remanent anni quadringentiqadragintaocto:	448
à Roma sub regula Latii ad euersam Troiam.	

De

De stanneo seculo. Cap. 4.

AB euersa Troia usq; ad Romulum Romæ cōditorem stanneum seculum nuncupari potest, quod supputatur annis quadragentisuiginitisseptem: ut placet Orosio Omissis igitur Italiæ regibus: quoniā aliqua incerta de ipsorū annis traduntur: uerum annorum numerum ostendemus tantum ex Latinorum Regibus. Post euersionem Troiæ ipsis Latinis, qui postea Romani nuncupati sunt, primus regnauit Aeneas. Dicit enim Manethon. Anno tertio ab euersione Troiæ Aeneas uenit in Italiā ad Latinum & Euandrū & Thurrenos. hoc est anno tertio inchoato non completo. Constat autem Aeneam profugum domo uenisse ad Latinum Aboriginum Regem: à quo primum Aborigines Latini dicit cœperūt: à Latinoq; comuni hospitio exceptus Aeneas & Latini filiā cōiugio accepit: unde ortū est bellū inter Troiugenas Aborigines, & Rutulos. Nā teste Liuio in primo ab urbe cōd. Turnus Rex Rutulorum, cui pacta Lauinia ante aduentum Aeneæ fuerat: prælatum sibi aduenā ægre ferens: simul Aeneæ Latinoq; bellum intulerat. Neutra acies ex eo certamine læta abiit. Victi Rutuli: uictores Aborigines, Troianiq; ducem Latinum amisere. Cui Latino successit in Regnū Aeneas. q secundū Manethonē regnauit ānos tres: & à Troiæ excidio ab obitū Aeneæ fuerunt sex anni, & paulo plus. Nam inchoato septimo anno accepit regnum Ascanius: & ille annus eidem attribuitur.

Post igitur euersam Troiā tertio anno completo periit Latinus. 3

1	Aeneas regnauit annos tres.	3
2	Ascanius annos trigintaocto.	38
3	Siluius posthumus frater Ascanij annos uigintinouem	29
4	Aeneas Siluius annos triginta & unum.	31
5	Latinus Siluius iunior annos quinquaginta.	50
6	Alba Siluius annos trigintanouem.	39
7	Athus uel Epithus Siluius annos uigintiquatuor.	24
8	Capis Siluius annos uigintiocto.	28
9	Capetus Siluius annos tredecim.	13
10	Tyberinus Siluius annos octo.	8
11	Agrippa Siluius annos quadraginta.	40
12	Remulus siue Aremulus Siluius annos decem & nouem.	19
13	Auentinus Siluius annos trigintaseptem.	37
14	Procas Siluius annos uigintitres.	23

15 Amulius Siluius annos quadragintaduos. 42
Ex quibus consurgunt anni quadringentiuigintiseptem. 427

In omnibus prędictis secuti sumus Eusebiũ excepto ultimo Amulio, cui Eusebius attribuit annos quadragintaquatuor: Nos autem in hoc imitantes Dionysium Halicarnaseum, qui eius annos describit.42.eundem annorum numerum annotauimus, sicut etiam computat Orosius, ex quorum computatione, ut dictum est, consurgit numerus annorũ 427.licet secundũ Eusebiũ & Eutropium consurgant anni.429. quorum duo supersunt anni: quos amputauimus

De ferreo seculo. Cap.5.

SEculum ferreum dicimus tempus, quo regnauerunt Ro-
mani Reges ab ipso primo Rege Romanorum Romu-
lo usq; ad pulsos Reges, quo tempore ab Eusebio enume
240 rantur anni ducenti quadraginta. Post Reges nanq; Lati
norum, exordium sumpserunt Romanorum Reges, Romulo primũ
arripiente regnum ui ferrea occiso.s. Amulio, Numitore, ac Remu-
lo. Sicut enim dicit Eusebius & Eutropius, Numitor Procæ Siluii
penultimi Regis Latinorũ filius maior, à frater Amulio regno pul-
sus, in agro suo uixit, Filia eius adimendæ spei partus gratia, uirgo
Vestalis lecta, quæcum septimo patrui sui anno geminos edidisset
infantes, iuxta legem in terra uiua defossa est. Verum paruulos pro
pè ripam Tyberis expositos Faustulus regii pastor armenti ad Ac-
cam Laurentiam suam detulit. quæ propter pulchritudinem & ra-
pacitatem corporis sui quæstuosi Lupa à uicinis appellabatur. Vn-
de ad nostram usq; memoriam, meretricum cęllulæ lupanaria dicun
tur. Pueri cum adoleuissent collecta pastorum & latronum manu in
terfecto apud Albam Amulio, auum Numitorem in regnum resti-
tuunt. Quo auo peremepto, & fratre Remulo interfecto, Romulus so-
lus Romæ regnare cœpit ædificata iã urbe. Nam cœpit ædificare eã
anno.4.sextæ Olympiadis: & anni regni eius computari incipiunt an
no primo septimæ Olympiadis postq̃.s. interfecerat Amulium, Nu-
mitorem, & Remulum, ut refert Dionysius Halicarnaseus.

1 Romulus ergo regnauit annos trigintaseptem. 37
Vacat regnum anno uno, quod tempus interregnũ appellatum est. 1
2 Numa Pompilius annos quadraginta & unum. 41
3 Tullus Hostilius annos trigintaduos. 32
4 Ancus Martius annos uigintitres. 23
5 Tarquinus Priscus annos trigintaseptem. 37

6 Seruius Tullius annos trigintaquatuor. 34
7 Tarquinus superbus annos trigintaquinq;. 35
Ex quibus consurgunt anni ducenti quadraginta. 240
quibus regnauetunt prædicti septem Romanorum Reges, ut Eusebio placet. Cui cõuenit Solinus in toto nũo annorũ 240. simul, sed separatim aliter distribuit annos. s. Numæ. 43. Anco Martio. 24. Seruio Tullio 42. & Tarquinio superbo. 25. In reliquis conuenit excepto anno uno intertegni post Romuli obitum, quem Numæ attribuit; ac tandem idem numerus annorum 240. resultat. Quidam tamen cum Dionysio Halicarnaseo dicunt Reges eosdem regnasse annos 244. contra ueritatem publicæ fidei. Nos autem sequimur in hac probata computatione ipsum Eusebium, qui publicam fidẽ annalium Romanorum imitatur. Qui superaddũt quatuor annos fortasse computant annos Romuleos decem scilicet mensium, quos tamen eius successor Numa Pompilius emendauit, & annum ex duodecim mensibus lunaribus instituit. Viginti enim anni duodecim mensium continent menses ducentos quadraginta, ex quibus fiunt anni 24. decem mensium. Non est ergo mirum si quidam authores quatuor annos addunt eo q̃ annos tunc decẽ mensiũ cõputauerint.

De plumbeo seculo. Cap. 6

PLumbeum seculum uocamus tempus Consulum Romanorum ob eorum grauitatem in regimine urbis : annorũ spatio quadringentorum sexagintaquatuor. Dicit enim Eusebius in libro de temporibus. Romæ post exactos Reges, primum Consules duo a Bruto esse cœperunt, deinde Tribuni plebis ac Dictatores, & rursum Consules rem P. obtinuerunt per annos fermè quadringentos sexagintaquatuor usq; ad Iulium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium Olympiadis centesimæ octogesimætertiæ. Idem confirmat Hieronymus in prologo super explanationes in Aggeum prophetam. Post plumbeum seculum rursum innouatum est aureum tẽpore Iulii Cæsaris, uel potius tempote Octauiani Augusti, quando cœpit monarchia Romanorum. Arripuit autem imperiũ Iulius Cæsar anno primo centesimæ octogesimætertię olympiadis propè ei usdẽanni finẽ, & imperauit tribus annis & septẽ mẽsibus secundũ Iosephũ lib. 1. Iudaici belli. Deinde non integris duobus annis uacauit imperiũ: quod postea assumpsit Octauianus Augustus, cuius anno 40 secundæ fermè cõpleto natus est Chrs. Cõsulũ ergo anni fuerũt quadringẽtisexagintaquatuor, &

ab imperio Cæsaris ad annum quadragesimum secundum Augusti fuerunt anni quadraginta. Qui simul iuncti fiunt anni quingenti decem. Tunc itaque natus est Christus, quo innouata sunt omnia tempora.

EPILOGVS.

Nunc ergo collige̅di sunt anni singuli & uniuersi a mu̅di creatione ad Christi natiuitatem ex prædictis seculis.

Seculu̅ Ethnicis ignotu̅ ante diluuiu̅ co̅tinet an.	1656
Aureum seculu̅ annos.	249
Argenteum seculum annos.	430
Aeneum seculum annos.	448
Stanneum seculum annos.	427
Ferreum seculum annos.	240
Plumbeum seculum cum additione prædicta annos.	510
Ex quibus consurgunt anni triamillia nongentisexaginta.	3960

a condito uidelicet orbe ad Christi natiuitatem.

Liber quartus de Caldæoru̅ chronographia, in quo agitur de quatuor Monarchiis.

PROLOGVS.

Quæ in præcedentibus duobus libris descripta sunt te̅pora, eadem etiam Caldæorum chronographia comprobari possunt ad maius ueritatis robur. Quod in hoc quoq; libro quarto faciemus, ex quatuor Monarchiis præcipuis sibi inuicem succede̅tibus, uidelicet ex Monarchia Caldæorum, ex Monarchia Persarum ac Medoru̅, ex Monarchia Alexandri magni, & ex initio Monarchiæ Romanorum.

De Monarchia Caldæorum & Regibus Babiloniæ. Cap. I.

Regnum Caldæoru̅ siue Assyrioru̅ quod dicitur Babylonicu̅, initiu̅ sumpsit ab ædificatione turris Babel, ut dicit Berosus Caldæus anno ab uniuersali aquaru̅ inu̅datione ce̅tesimo trigesimoprimo, & hi fueru̅t eius reges, ut ipse scribit in quinto antiquitatu̅ libro, & post eu̅ Metasthenes Persa, & Manethó Aegyptius in supplementis ad ip

ſum Beroſum.

Anno ab uniuerſali diluuio centeſimo trigeſimoprimo. 131

Nimbrotus, qui & Saturnus filius Chus & nepos Cham regnauit inde ãnos quinquagintaſex Hic, ut author eſt Beroſus in. 4. antiqui- 56
tatum libro: in campo Semnaar deſignauit urbem; & fundauit maximam turrim: & deduxit eam ad altitudiuem & magnitudinem montium; ſed non compleuit. nec deſignatam urbem fundauit.

2 Belus qui & Iupiter eius filius regnauit annos ſexagintaduos. Hic 62
ut ait Beroſus, Fundamẽta deſignata Babyloniæ oppidi magis quã urbis erexit.

3 Ninus eius filius regnauit annos quinquagintaduos. Hic primus 52
monarchiam cœpit teſte Beroſo: & omnibus ſuis uiribus ſumptis armis patris ſui Iouis Beli. omnibus bellum intulit nulli parcens. Hic omnium primus Babylonicum Regum propagauit: & omnium primus templum Belo patri, & matri Iunoni; & Rheæ auiæ, & ſtatuas in medio oppidi Babyloniæ erexit. Hæc ille. Anno eius. 43. natus eſt Abraham, ut affirmat Euſebius.

4 Semiramis Aſcalonita uxor Nini annos quadragintaduos regnauit. 42
Hęc, ut ait Beroſus anteceſſit militia, triumphis, diuitiis, uictoriis, & imperio omnes mortales. Ipſa hanc urbem maximam ex oppido fecit, ut magis dici poſſit illã ædificaſſe quã ampliaſſe. Nemo unquã huic fœminæ comparandus eſt uirorum, tanta in eius uita dicuntur & ſcribuntur. cum ad uituperationẽ, tum maxime ad collaudationẽ magnifica. Hæc ille. Pro ſacris autẽ literis hæc notãda uidẽtur quod Diodorus in. 3. ſcribit Semiramidẽ natam ex dea Aſcalonita, quam Dirceten, id eſt ſemipiſcem uocant, eamq; dictã Semiramidẽ quod Semiramis lingua Syra dicantur aues, à quibus nutrita ſit & potiſſime columba: in quam moriens, ut fabulantur, conuerſa eſt poſtquam uixit annos duos & ſexaginta, ut Cteſias Gnidius ſcribit cumquadragintaduobus regnaſſet. Docent autem ſacræ litteræ hæc duo. Primum deam Aſcalonitarum eſſe Dagon lingua hebræa dictam; quam iidem Hebræi piſcem interpretantur. Hieronymus uero melius piſcem mœroris dici aſſerit. Hoc propinquius congruit Diodoro: qui ſcribit eẽ deã cum adulterino cõcubitu peperiſſet Semiramidẽ, pudore atq; mœrore ductã ſeſe in ſtagnum demerſiſſe: quæ in piſcẽ cõuerſa, ut putabatur, pro numine fuit à Palæſtinis habita. Alterum eſt quod Semiramidẽ. i. auẽ & eo colũbã Babylonii non ſolũ pro cõditrice urbis Babyloniæ habebãt, uerum etiã uti Romani Romulum, deã uenerabãtur. Vñ & Hiere. 15. Rex Babyloniæ à cõditrice colũba

uocabaȓ cũ dn̄. Facta est terra eorũ in desolationẽ à facie iræ columbę
5 Zameis Ninias filius Semiramidis annos trigintaocto regnauit, In regno Babylonico hic parum resplenduit, ut ait Berosus. Ornauit tamen templa deorum, & Chaldæos ampliauit.
6 Arius regnauit annos triginta: qui adiecit imperio oẽs Bactrianos.
7 Aralius regnauit annos 40. Hic, ut ait Berosus, claruit in genio & studio militari; & primus adauxit põpas: & gẽmas, & muliebres delitias anno eius penultimo, hoc est, 39. Phaeton cũ filius suis classe uenit in italiã ad Maloth Thagetem Ianigenum Razenuũ: & donatus fuit parte occidẽtali: possedítq; cũ sua posteritate mõtes & totũ Eridanũ: quo tẽpore Italia tribus locis arsit multis diebus, circa Istros: Cymeos: & Vesuuios, uocataq; sunt à Ianigenis illa loca Palensana, id est regio cõflagrata. Sicut.n. ait Moyses & Berosus in genealogiis post diluuiũ, Cur filius Camesis Saturni Aegyptii genuit Phaetontem, quẽ prolatione hebræa Moyses Phut, Aramei Phet, Latini Phaeton pronunciant. Ab hoc prodiit Lygur, unde & dicti sunt Lygures. Phaetontẽ autem. s. Priscũ primũ posuisse colonias in Aegypto & Libya nomẽ est argumẽto quia Liby ante Libyũ Aegyptium Herculẽ dicebãtur à duce Phutei siue Phaetontei. ut Hiero asserit sup Gene. 10. cap, Ptolemæus quoq; cõmemorat in Aethiopia Aegypti urbem Phut lur: & in Marmarica phut enuti, & in Libya Phut fluuiũ. Deinde, ut ait Berosus, Phaeton anno penultimo Aralii uenit in Italiam, quo anno ibi fuit prædicta cõflagratio: de qua dicit Plato in Timæo Illa q̃ uobis quoq; cõperta est Phaetontẽ Solis filium quondã Solis cursus ascẽdisse luciferos illosq; exorbitasse ac incẽdisse terrena, fabula quidẽ putaȓ. sed est uera historia. Fit.n. cœlestiũ lõgo circuitionis tẽpore orbiũ exorbitatio: quã uastitas cõflagrationis sequaȓ necesse est. Hoc loco Plato cœlestiũ exorbitationẽ dicit fieri ex motu accessus & recessus. quẽ aliqui uocant motũ trepidationis. Nos autẽ p̄supposita hac emendatione tẽporum cõputauimus retro cedẽdo ꝑ tabulas Astronomicas Ioannis Lucilii & Arabæ Zachuti ad illud tẽpus: & inuenimus hanc conflagrationem accidisse ex cõiunctione ferè omniũ planetarũ in signo igneo in locis sulphureis, ubi facile ex calore accenditur ignis. Eo nãq; anno in Fine Iulii & principio Augusti, Sol, Saturnus, Mars, Mercurius, & Venus, fuerunt simul in Leone signo igneo. Solus Iupiter tunc fuit in Tauro signo terreo.
8 Baleus cognomento Xerses regnauit annos triginta. Hunc, ut ait Berosus, appelauerũt Xersem, id est uictorẽ & triumphatorem quod imperauerit duplo plus gentibus quam Aralius. Erat enim militia

ferox & fortunatus propagauit regnum usq; propè Indos. Huius
Balei Xersis temporibus apud Lygures Phaeton relicto filio Ligure
regressus est in Athiopiam.

Armatrites regnauit annos triginta & octo. qui ut ait Berosus, ma 38
gis ad uoluptates, & delitias conuersus, ea quæ ad libidinem spe-
ctant, tum maxime inuenta ampliauit.

Belochus Priscus regnauit annos trigintaquinq;.qui id circo à Belo 35
sumpsit cognomen, ut ait Berosus, quia cum imperium uoluit exer
cere maximum pótificem Beli Iouis, & maxime circa auspicia & di
uinationis occupatus fuit eius animus. Belochus enim apud Chal-
dæos Beli amator dicitur apud Latinos. Nouissimis annis Belochi
tumuit mare Atticum, & ebulliens inundauit Atticam.

Baleus regnauit annos. 52. Hic, ut ait Berosus, post Semiramidem 52
supra cæteros enituit fama, splenduit imperio usq; intra Indiam.

Althades regnauit annos trigintaduos. 32

Mamitus regnauit annos triginta. 30

Manchaluus regnauit annos triginta. 30

Spherus regnauit annos. 20. cuius anno. 19. Moyses natus est, 20

Mamelus regnauit annos triginta. 30

Sparetus regnauit annos. 40. Eius anno. 4. ut ait Berosus. Athenien- 40
ses regnū Exorsi sunt. Anno quoq; eius. 34. & 35. in Thessalia dilu-
uium fuit: & in alia corū parte postterræ motū secutū est incédiū sub
quodā illorū rege Phaetonte. s. Græco q fuit alius à Phaetóte Prisco

Ascathades regnauit annos quadraginta, qui, ut ait Berosus, fundi- 40
tus omnem Syrima ditionis suæ fecit. Anno eius 8. Chencres Rex
Aegypti uictus Hebræorum magica periit in mari. Berosus putauit
Moysen arte magica signa fecisse, cum eius miracula scripturæ sacræ
uirtuti diuinæ attribuant. Sed ei uenia danda est tanqā ethnico qui
diuina mysteria ignorauit. Peius errauit Iustinus qui in. 36. epitho-
matum dixit Ioseph magum, & affirmat Moysen eius fuisse filium:
eundemq; Moysen cum Hebræis uliginem & scabiē passis ab Aegy-
ptiis pulsum sacra Aegyptiorum furto abstulisse, Aegyptios ueto il-
la armis repetere pergentes maximis imbribus domum redire com
pulsus. Sed hoc mendacium uerbis Berosi euertitur. qui dicit Pha-
raonem Chencrem non reuersum domum, sed in mari perisse. Non
potuit etiam esse Moyses filius Ioseph, quoniā anteq̄ Moyses nascere-
tur sexaginta quinq; annis transactis obierat Ioseph. Moyses etiā de
alia tribu. s. Leui descendit, non de tribu Ioseph, ut scriptura sacra te
statur. Recte autē scripsit de ipso Strabo lib. 6. Geographiæ dicens.

Moses unus ex Ægyptiis sacerdotibus, cum partem quandam regionis haberet:ac moleste ferret eorũ instituta:hinc eo cõmigrauit. Discessere cum eo multi, quibus diuina curæ erant. Docebat enim ille quomodo Aegyptii nõ recte sentirent:qui ferarum ac pecorum imagines deo tribuerent:nec Græci,qui deos hominum figuris insigni rent; & q̃ id solũ Deus esset,quod:nos cõtineret.& terram ac mare, quod cœlum & mundum & rerum omnium naturam appellamus: cuius profecto imaginem nemo sanę mentis nostræ similem audeat effingere oportere & c.Anno autẽ ultimo Ascatadis, ut ait Berosus Atho donauit Dardanũ parte agri Meonici: & ita regnũ Troianũ, incepit.hucusq; ex Beroso. Reliquos uero Reges, qui sequuntur, ex Manethone Aegypto & ex Metasthne Persa transumpsimus.

19 Amynthas regnauit annos quadragiutaquinq;. 45
20 Belochus inn ior.s.secundus regnauit annos uigintiquinq;. 25
21 Bellopares regnauit annos triginta. 30
22 Lamprides regnauit annos trigintaduos. 32
23 Sosares regnauit annos uiginti. 20
24 Lampares regnauit annos triginta. 30
25 Panias regnauit annos quadraginta quinq;. 45
26 Sosarmus regnauit annos decem & nonem. 19
27 Mitreus regnauit annos vigintiseptem. 27
28 Tautannes regnauit annos trigintaduos. 32
29 Teuteus regnanit annos quadraginta. 40
30 Timæus regnauit annos triginta: 50
31 Dercilus regnauit annos quadraginta. 40
32 Eupales regnauit annos triginta & octo. 38

Hucusq; Manethon:reliquos subiungit Metasthenes.

33 Laosthenes regnauit annos quadragintaquinq;. 45
34 Pyrithidias regnauit annos triginta. 30
35 Ofratheus regnauit annos uiginti. 20
36 Ofratheus regauit annos quinquaginta. 50
37 Ascrazapes regnauit annos quadragintaduos: 42
38 Tonosconcoleros regnauit annos quindecim. 15

Hunc Græci Sardanapalum vocant, ut ait Metasthenes. Quoniam uero Eusebius eosdem reges & tempora Assyriorũ sequitur à Nino usq; ad Sardanapalum recipiẽdus est exceptis quinq; vltimis annis Dicit enim regnasse Sardanapalum annos.20.cum, annales Assyriorum scribant eum regnasse tantum. 15.annos,ut etiam Metasthenes ex annalibus Persarum affirmat .A diluuio ergo ad finem Sardana-

pali colliguntur.anni 1483. Nam à diluuio ad Ninum fuerunt an- 1483
ni.249.A Nino uero primo Monarcha ad Sardanapali mortem fue 249
runt anni mille ducenti triginta qnatuor:quibus cōpleta est monar 1234
chia Assyriorum,ut patet ex annis collectis ipsorum Regum. 1483

De Monarchia Medorum & Persarum. *Cap.2.*

Post Sardanapalum cœpit Medorum & Persarum monarchia bipartita inter Medos& Babylonios. Deinde reunita fuit sub primus Cyro & Dario.Cœpit autē prædicta Medorum monarchia bipartita hoc modo. Nam Belochus terius princeps militię Sardanapali prodito domino suo Sardanapalo partitus est cū Medis monarchiam,ut Metasthenes enarrat dicens. In publica Susiana bibliotheca annales Persarum ferunt fuisse Belochum tertium Sardanapali clandestinum hostem.qui eius militiæ præfectus erat. Is cum Arbace tunc Medorum principe partitus est monarchia mea lege, ut Belochus Babiloniam. Arbaces Medos atq; Persas regeret.Et subiungit idē Metasthenes describens annos bipartitæ monarchiæ sic dicēs.Itaq; interfecto & ex se ipso flammis iniecto Sardanapalo,monarchia bipartita fuit.Apud Medos nāq; in ea hi regnauerunt annis quatuor & trecentis uidelicet.

1 Arbaces vigintiocto annis regnauit. 28
2 Mandanes quinquaginta. 50
3 Sosarmon triginta. 30
4 Arthicarmin quinquaginta. 50
5 Arbianes duobus & viginti. 22
6 Arceus quadraginta. 40
7 Arthiene vigintiduobus. 22
8 Astibarus cum Apanda filio viginti. 20
9 Apanda solus triginta.Hunc Græci uocant Astia gem,ut ait Diodorus Siculus. 30.
10 Hoc deuicto Cyrus & Carius regnauerunt annis tiginta sex.Nā ante reunitā monarchiā regnauerūt in Perside annis sex. Inde aliis sex Persico regno resignato Cambisi: sexennale bellum Thamiri Reginæ Scytharum intulerunt:sexto anno à Babyloniis euocati: atq; Balthasare interfecto,reunitam monarchiam in Persas trāstulerunt. Hæc ille.Si ergo sex anni bis enumerati hoc est duodecim addantur 12
annis prædictorum Regum,colligētur simul anni trecenti quatuor 304
quibus regnauerunt.Subiungit etiam Metasthenes dicens. Totidem annis in bipartita monarchia regnatum est apud Babylonis vz.

1 Phul Belochus regnauit annis quadragintaocto. 48
2 Phul Assar, qui & Tegal Phul Assar uigintiquinq; 25
3 Salman Assar decem & septem. 17
4 Sennacherib qui & Sargon decem. 10
5 Assar Adon septem. 7
6 Merodach duobus & quinquaginta. 52
7 Ben Merodach uno & uiginti. 21
8 Nabuchodonosor primus trigintaquinq;. 35
9 Nabuchodonosor magnus quinq; & quadraginta. 45
10 Amilinus cognomento Euilmerodach triginta. 30
11 Filius huius primus Reg Assar tribus. 3
12 Secundus filius germanus præcedentis Lab Assardach sex. 6
13 Tertius filius etiam frater duorũ præcedentiũ Balthasar, quinq; 5

Ex his cõsurgunt anni quatuor & trecenti sicut in p̃cedẽtibus. 304

De Belocho & Arbace atq; Sardanapalo Diodorus in. 3. lib. copiosissime historiam tradit: & ostẽdit quomodo Cthesias Gnidius in temporibus monarchiæ Assyriorũ deficat. non digerẽdo Reges & eorũ nomina & tpa: quibus quisq; regnauerit. Sei in monarchia Medorũ laudat eundẽ Cthesiam, qui ex publica fide atq; bibliotheca Persarũ annales in Græciã retulit, & eadẽ refert: quæ hic Metasthenes. Et iõ Gręcus Cthesias recipitur in tẽporibus Persarũ, & repellit̃ à temporibus Assyriorũ, sicut econtra Eusebius recipitur de tẽporibus Assyriorũ & excluditur funditus à tẽporibus Persarũ, & quia secutus est Herodotũ & conterraneos fabulatores Gręcos: & corrupit publicã & probatã fidem, quã incorupte referũt Diodorus, Cthesias, & Metasthenes. Philo hebręus eadẽ prosequit̃, quę & hoc loco Metasthenes Diuinæ quoq; literę in. 4 lib. Reg & in. 2. Paral. horũ Regũ Babyloniæ reminiscunt̃: q̃m assiduchi bellũ gesserunt cũ hebræa gente. Nã de Belocho cognomine Phul ita scribit̃. 4. Reg. 15. Venit Phul Rex Assyriorũ cõtra Manahem regẽ Samarię. Non te moueat, q̃ scriptura sacra uocet eũ regẽ Assyriorũ; quia diuinæ literę oẽs reges Babyloniæ uocant reges Assyriorũ. De Phul Assar cognomẽto Teglat eodẽ ca. ita scribit̃. Venit Teglat Phul Assar cõtra Facee regẽ Samariæ, & transtulit in Assyrios Galileã & uniuersam terrã Neptalim. Et 4 Reg. 16. dicitur. Misit Achaz nuntios ad Teglat Phul Assar regem Assyriorũ & c. De Salman Assar ita scribit̃. 4. Reg. 17 Cõtra Oseæ filiũ Hela Regẽ Israel ascendit Salman, Assar, rex Assyriorũ. & 4. Reg. 18. dr̃ Anno. 4. regis Ezechiæ, q̃ erat annus septimus Oseę filii Hela regis Israel, ascendit Salmanassar rex Assyriorum Samariã, & oppu-

gnauit eã. & recepit. Nã post annos tres anno.s. sexto Ezechie. &.9. anno. Oseę regis Israel cepit Samariã rex Assyriorũ,& trastulit Israel in Assyrios. De Sennacherib ibidẽ dicit. Anno.14 regis Ezechiæ ascẽdit Sennacherib rex Assyriorũ ad uniuersas ciuitates Iuda munitas,& cepit eas. Idẽ Sennacherib dictus est & Sargon,ut scribitur Esa.20.ca. Nã scđm Hieto. septẽ noibus uocat,ut ibi Glossa refert. Cõsiderãdũ ꝙ in textu Metasthenis scribit. Sẽnacherib regnasse annos 7. Assaradõ filius eius decẽ;qui annorũ numeri uitio scriptorũ cõmutati sunt ex uno in alterũ. Nam si regnasset Sennacherib annis. 7. ut in mẽdoso textu scribit,nõ peruenisset ad 14. annũ Ezechiæ.sed annis 2.antea mortuus fuisset:quod est cõtra scripturas sacras. Ideo ut nos emẽdauimus,Sennacherib regnauit annis nõ septẽ,sed decẽ: & filius eius Assaradon regnauit annis nõ decẽ;sed septẽ;& sic nõ confunditur annorũ numerus. De Assaradon dicitur.4. Reg.19. Sennacherib cũ adorasset in tẽplo Nesrach deũ suũ,Adramalech & Sarassar filii eius percusserunt eũ gladio:fugerũtq; in terra Armeniorũ: & regnauit Assaradõ filius eius pro eo. De Merodach dr 4.Reg.20. Misit Merodach rex Babylonis lrãs & munera ad Ezechiã,De eius filio Bẽ Merodach nomẽ nõ ponit in diuinis literis:sed solum ꝙ eius tpẽ Manasses ductus est in captiuitatẽ,& carceri mãcipatus est, ut habetur.2 Paral.33. De primo Nabuchodonosor, qui huic successit. agitur.4.Reg.24. De magno uero Nabuchodonosor,qui cõbussit Hierusalẽ & tẽplũ,& duxit Hebræos captiuos in Babylonẽ: & de Euilmerodach eius filio agitur in fine.4 Reg. in fine 3.Paral. De tribus uero huius filiis dicit aliquid magister in hist.schol. adducẽs authoritatẽ Metasthenis,de quibus ẽt Iosephus scribit in 10 antiq lib Fuerũt ergo hi tres nepotes magni Nabuchodonosor:& ob germanitatẽ ab aliquibus quasi pro uno rege cõputãtur,licet distinctis tpibus regnauerint. Dicit.n.Hiere: 27. Seruiẽt Regi Nabuchodonosor oẽs gẽtes & filio eius & filio filii eius : hoc est filiis tribus filii eius suis nepotibus.q. simul successerũt post patrem,licet unus post aliũ regnauerit. Post hos Reges vz Balthasare interfecto reunitã est monarchia & trãslata in Persas,ut scribitur Dañ.5.ca. Itaq; Metasthenes expositis annalibus monarchiæ bipartitæ Medorũ,& Persarũ, mox reunitæ publicos annales usq; ad Alexandrũ magnũ refert sic dicens Balthasare
interfecto regnauerunt simul Cyrus & Darius annis duobus. 2
Inde solus Cyrus duobus & uiginti. 22
11 Filius Darii priscus Artaxerses Assuerus annis uiginti,ultro- 30
12 ne interea sumpta de factione Thamirica: quæ per dolum patruũ trã

dideraт Thamire. Huius duo filii Cyrus Atthabanes & Darius lõgi manus ſeptem menſibus pro imperio dimicarunt & ſeptimo mẽſe.

13 Longimano uictoria ceſſit: regnauitq; annis ſeptem & triginta. 37
14 Eius filius Darius nothus annis decem & nouem. 19
15 Magnus Artaxerſes Darius Menon, qui dictus eſt Aſſuerus in libro Heſter annis quinquagintaquinq;. 55
16 Artaxerſes Ochus ſex & uiginti. 26
17 Arſes annis quattuor. 4
18 Darius ultimus ſex. 6

Magnus Alexander inde tranſtulit imperium in Græcos. hæc ille.
191 Ex his patet reunitam monarchiam duraſſe annis uno & nonaginta
ſupra centum. A principio uero hoc eſt ab Arbace uſque ad magnũ
Alexandrum perſeuerauit annis quadringentis nonagintaquinque.
304 Nam ex annis trecentis quattuor monarchiæ bipartitæ & ex annis
191 centum nonaginta & uno eiuſdem reunitæ conſurgunt anni. 495
495

De Monarchia Alexandri magni, & Regibus poſt eum ſequentibus in Aſia & Syria. *Cap. 3.*

QVoniã in annalibus monarchiæ Græcorũ poſt Alexãdrũ magnum in regibus Syriæ & Babyloniæ & Aſiæ a Seleuco uſq; ad Philippũ ultimũ Euſebius ſequiť publicã fidẽ Aſiæ ac Syriæ per ipſius digeſta tpa & reges & in Romana monarchia latinã fidẽ publicã tenet: idcirco excepta monarchia Medorũ & Perſarũ ab Arbace uſq; ad magnũ Alexadrũ, in omnibus ſequentibus tpibus Græcorũ & Romanorum ipſum Euſebium ſequimur. Quia ergo idem Euſebius in monarchia Medorum & Perſarum non eſt ſecutus publicã fidem annalium cõtũ: idcirco non poſuit Alexandrũ conuenienti tempore. Nã dicit eum regnaſſe anno primo centeſimæ undecimæ Olympiadis: qui tamẽ ſecũdũ probatã fidẽ cœpit regnare anno primo cẽteſimæ duodecimæ Olympiadis, ut nos annotauimus.ſ. poſt primum annũ Darii ultimi Regis Perſarũ. monarchia igitur Græcorũ cœpit regnante Alexandro magno Macedone Philippi regis filio anno regni eius ſexto mox extincto Dario. Sicut autem dicitur. 1. Macha. 1. regnauit Alexãder annis. 12. Idẽ affirmat Metaſthenes dicẽs. Magnus Alexãder qui tranſtulit imperiũ in Græcos: regnauit annis. 12. Poſt duodecimũ annũ regni ſui, ut ẽt dicit Euſebius, Alexander trigeſimoſecundo ætatis ſuæ anno moritur in Babylone. Poſt quem translato in multos imperio diuerſi regnauerunt. Nam diuiſum eſt regnũ eius in quatuor partes, ut Daniel propheta prius uaticinio ꝑdixerat ſub fi-

gnra hirci caprarum, de quo dicitur Dan.8. Cumq; creuisse fractū est cornu magnum: & orta sunt quatuor cornua subter illud, id est quatuor regna, ut Hieronymus in Danielem exponit, uidelicet Regnum Macedonum, Aegypti, Asiæ, & Syriæ In Macedonia successit ei frater eius Philippus, qui & Arrideus, & qui eū secuti sunt Reges ut scribemus in sexto libro. De Regno uero Aegypti dicemus in sequenti quinto libro. Hic autem solum describemus regnum Asiæ & Syriæ, quòd paucis annis simul unitum est. In Asia enim duobus annis post mortem Alexandri magni regnare cœpit Antigonus, & regnauit annis. 18. Post Antigonum regnauit in Asia Demetrius annis. 17. In Syria uero & Babylonia transactis octo annis post mortē Alexandrini magni primus regnauit Seleucus Nicanor anno primo Olympiadis 117. ut assignat Eusebius: & regnauit annis. 32. Anno autem eius. 28. Demetrius Rex Asiæ, cum iam regnasset annis. 17. semetipsum Seleuco tradidit: & factum est unum Regnum Asiæ & Syrię ac Babyloniæ, ut affirmat Eusebius. Itaq; post Alexandrum digeremus tempora Regum Asię, Syriæ, ac Babyloniæ à Seleuco primo ad ultimum Philippum. Igitur ab Alexādri magni monarchia usq; ad finem ultimi Philippi & destructionem regni eius, fluxerunt anni ducentitrigintaquinq; . 235

1	Nā Alexāder magnus post adeptā monarchiā regnauit ānis septē 7. Regnum Syrię fuit sine Rege annis octo.	8
2	Seleucus Nicanor regnauit annis trigintaduobus.	32
3	Antiochus Sother annis decem & nouem.	19
4	Antiochus Theos annis quindecim.	15
5	Seleucus Gallinicus annis niginti.	20
6	Seleucus Ceraunos annis tribus.	3
7	Antiochus magnus annis trigintasex.	36
8	Seleuchus, qui & Philopator, annis duodecim.	12
9	Antiochus Epiphanes. i. illustris annis undecim.	11
10	Antiochus Eupater annis duobus.	2
11	Demetrius Sother annis duodecim.	12
12	Alexander annis decem.	10
13	Demetrius annis tribus.	3
14	Antiochus Sidetes annis nouem.	9
15	Demetrius iterum annis quatuor.	4
16	Antiochus Grippus annis duodecim.	12
17	Antiochus Cizicenus annis decem & octo.	18
18	Philippus annis duobus.	2

Hos annos ex Eusebio accepimus qui & concludit dicens. Hucusq; Syria possessa per Reges in Romanam ditionem cessit.

235 Ex omnibus simul iunctis cõsurgũt ãni ducẽti trigintaquinq; Finis autẽ regni Syriæ fuit ãno. 4. 171. Olympiadis, ut Eusebius annotat.

De initio monarchiæ Romanorum. *Cap. 4.*

INitium monarchiæ Romanorum aliqui putant fuisse anno primo centesimæ septuagesimę secundæ Olympiadis postquã Romani cœperunt possidere Syriã scilicet post Philippum ultimum Syriæ Regem Nam tũc defecit monarchia, quę inceperat ab Alexandro magno: & ibi dicunt conuenienter incepisse Romanorum monarchiã, ubi iam præcedens defecerat. Alii uero ponunt eius initium anno primo penè cõpleto centesimæ octuagesimæ tertiæ Olympiadis, quando C. Iulius Cæsar primus apud Romanos singulare obtinuit imperium: à quo Romanorum principes appellati sunt Cæsares. Alii autem exordium ipsius monarchiæ Romanorum sumunt ab Octauiano Augusto post subiugatam Aegyptũ. Nã tunc plene defecit in Aegypto Regnum ab Alexandro magno deductum. Nos autem omnia prædicta confirmantes dicimus monarchiã Romanorum leuiter incepisse, quasi ex quadam præuia dispositione post possessam Syriam Deinde quo ad computationem annorum Romani imperii à Iulio Cæsare dicimus incepisse ꝙ ptimus singulare imperium obtinuerit. Demum in Octauiano Augusto post deuictum Antonium & Cleopatram affirmamus eam auctam fuisse. A Syria autem possessa à Romanis
45 usq; ad imperiũ Iulii Cæsaris fluxerũt anni ferè quadragintaquinq; quia intermediæ fuerunt undecim plenę olympiades cũ anno uno. quæ continent prædictos annos. A Iulio uero Cæsare ad Christum
46 fuerunt anni quadragintasex, hoc est undecim olympiades cum dimidia: quoniam Christus natus est anno quarto inchoato centesimæ nonagesimæ quartæ olympiadis. Si ergo prędicti ãni 45. & 46.
91 simul colligãtur, fiunt anni nonaginta & unus, à Syria uidelicet possessa à Romanis usq; ad Christi natiuitatem.

EPILOGVS PRAEDICTORVM ANNORVM.

Ab initio seculi ad diluuium fuerunt anni.	1656
A diluuio ad Ninum monarcham fuerunt anni.	249
A Nino ad Sardanapali finem fuerunt anni.	1234
Ab Arbace ad Alexandrum magnum fuerunt anni.	495

Ab Alexandro magno ad finem Regni Syriæ anni. 235
A Syria possessa per Romanos ad Christum anni. 91
Ergo à creatione mundi ad Christum fuerunt anni. 3960

Liber quintus de Aegyptiorum temporib us.

PROLOGVS.

COmperta uera annorum computatione ante Christum ex collatione regnorũ Hebræorũ, Italorũ, & Assyriorũ: nunc restat, ut eandem comprobemus ex Aegyptiorum tẽporibus, qđ breuissime faciemus in hoc .5. uolumine.

De initio Regni Aegyptiorum & eorum Dynastiis. Cap. I.

AEgyptiorum regnum eo tempore cœpit, quo & Regnum Caldæorum hoc est anno centesimo trigesimoprimo à Noatico diluuio, ut ex Beroso accepimus Aegyptus autem ab Aegypto Rege ultimum nomen accepit. ut ait Manethon sacerdos Aegyptius in supplemento temporum. Prius enim Oceana & Nilea teste Diodoro Siculo in primo libro. Postea uero Aeria dicebatur, ut ait Eusebius in libro de temporibus. Quin etiam ab Osiris nomine & cognomine Osiriana ab Aegyptiis: & Mizreia ab Hebræis authore Moyse dicta fuit. Vltimo autem uocata est Aegyptus, ut dictũ est ab Aegypto fratre Danai, qui dicebatũ Ramesses. Aegypti autem Reges dicebantur cõmuni nomine Pharaones, id est feroces, ut interpretatur Hieronymus. Manethon etiã dicit. Pharaones pro dignitate dicebantur. exponẽte Eusebio, sicut & apud nos Imperatores Augusti appellãtur. Habebat tamen quilibet Pharao propriũ nomen. Sicut autem dicit Eusebius apud Aegyptios potestas erat, quã nocant Dynastiã. i potentatũ alicuius determinati tẽporis. Vnde & Reges Aegypti describũtur secundũ Dynastias diuersis tẽporibus distinctas Aegyptiorũ Dynastiæ prime à cẽtesimo trigesimoprimo anno post. diluuiũ. quo cœperunt usq; ad pene completũ quadragesimum tertium annum Nini Regis Assyriorum, fuerunt quindecim, ut Eusebius in libro de temporibus pandit. Prima omnium iuxta Berosum fuit Camesis, quem inter primos deos, id est principes, iuniorem Saturnum appellauerunt, ut dict idem Berosus, durabatq; singula septem annis sub duo-

decim principibus primis maioribus Aegyptiorum hoc pacto Anno à diluuio centesimo trigesimoprimo authore Beroso Chemesen
131 primus tenuit Dynastiam primã Aegypti septem annis. Cui Chemin vrbem dedicauerũt. Huic successit Oceanus cum Thetide: qui colonias posuit iuxta Nilum: à quo & Nilus antea dictus fuit Oceanus. Postquam uero septem annis Dinastia penes Nilum fuit, cessit Oceanus tertio principi: & hoc ordine duocecim principes regnauerunt singuli in suis urbibus septem annis: qui summam annorum
84 efficiunt octogintaquatuor. Tres uero ex principibus minoribus secuti cœperunt augere tempus: Quorum primus principatum te-
14 nuit annis quatordecim. Secundus anni vigintisex. Postremus an-
26 nis trigintaseptem, qui simul sumpti efficiunt annos septuagintase-
37 ptem. Adiectiq; superioribus Dynastijs, reddunt annos centũ sexaginta & unum. Quos si adiunxeris illis annis. 131. quia à diluuio ad
292 primam sub Camese Dinastiam interfluxerent: erunt anni ducenti nonaginta duo. Quo tempore ortus est Abraham anno. 43. Nini, ut Eusebius de tẽporibus & Moyses in Genesi cõprobant Que etiã cõputatio annorum facta est in. 2 lib. superius hebręorum temporum.

De. 16. & . 17. Dynastia. Cap. 2.

Sextadecima Dynastia sub Osiride cœpta est, mox nato Abraham anno uidelicet Nini. 43: desinente. Concessit autem Osirides Dynastiam hanc Thebeis, qui præfuerunt annis centum nonaginta, ut Aegyptii, & Eusebius
103 supputant. Subsecuta est. 17. Dynastia: quo tempore regnauerunt pastores annis tribus supra centum, ut iidem scribunt. Anno uigesimoseptimo huius Dinastiæ: qui fuit annus uigesimusoctauus Armatritis Regis Caldæorum: fuit diluuium secundum Niliacum sub Aegyptiis Hercule, ac Prometheo. Siergo anni. 190 Dynastiæ. 16. & anni 103. Dynastiæ. 17. simul iungant: consurgũt anni ducẽti
293 nonagintatres. In hac. 17. Dynastia primus rex dictus est Pharao Zoes. i. ferox Zoes à quo Pharos ciuitas: & postea Reges dicti Pharaones. In huius Dynastiæ centum tribus annis fuerũt in Aegypto reges decem & septem, quorum nomina non ponit Berosus excepto Thiphone. qui fratrem suum Osiridem interemit: & tyrannicum Regnum in Aegypto assumpsit circa finem huius Dynastiæ tempore Balei undecimi Regis Babilonici. Dicit enim idem Berosus. Thyphon Aegyptius omnibus orbis gigantibus conscii fratrẽ

suum

suum Osiridem Ionem iustum Aegyptium peremit, &ipse in Aegy-pto assumpsit tyrannidem. Cui conuenit Diodorus qui, in primo libro sic ait. Ex uetusti sacerdotum archius, qui Osiridis tempore fuerunt, compertum est Osiridem Aegypto iuste regnantē Typhone fratre impiè atq; nefario interemptum. quē ille in sex ac uiginti partes dissectum cuilibet eorum, qui secum tanti sceleris participes fuerant, partem dedit; ueluti tanti facinoris conscij: & ut simul ipsos deflores custodesq; regni fidos haberet. At uero Isis eiusdē sui fratris simul & uiri necem auxilio filii (Oros ei nomen erat.) ulta, Typhone, simul & qui cędis conscii fuerant, interemptis Aegypti Regnum restituit. hæc ille. Sic ergo finem accepit Aegyptiorum Dinastia. 17. quā dicunt pastorum, ut aliqui coniiciunt: propter Iosephi & fratres eius, q fuerunt pastores exaltati in Aegypto. Nā anno. 91. huius Dynastiæ Iosephi exaltatur à Pharaone: & Iacob cum filiis ingreditur Aegyptum anno eiusdem Dynastiæ centesimo, ut patet ex rectaannorum computatione. Et ideo si à pastoribus hebræis dicta est, oportet dicere ipsum nō ab eius exordio sed à fine denominatā. Sed hoc nobis certū nō est. Anno huius Dynastiæ septuagesimoprimo factū est diluuium tertiū sub Ogyge Attico: & fuit annus penultimus Belochi decimi Regis Assyriorum, ut scribit Berosus.

De Dynastia. 18. Diapolitanorum. *Cap. 3.*

Dynastia. 18. Diapolitanorum fuit annorum trecentorum quadraginta & octo, ut ipse Aegyptii cōputant. In ea fue-
1 runt. 16. Reges, ut ponit Eusebius.

2	Amasis regnauit annis uignitiquinq;	25.
3	Chebron annis tresdecim.	13.
4	Amenophis primus annis uno & uiginti.	21.
5	Mephres annis duodecim.	12.
6	Misphar Mutosis annis uigintisex.	26.
7	Thutemosis annis nouem.	9.
8	Amenophis secundus annis triginta & uno. Hic est Pharao Amenophis: qui anno regni eius. 26 iussit mares Hebræorum interfici: & tunc natus est Mpyses.	
9	Orus regnauit annis triginta & octo.	38.
10	Acenchreannis duodecim.	12.
11	Achoris primus annis nouem.	9.
12	Chencres annis sexdecim.	16.

Anno eius primo & secundo fuit diluuium quartũ in Thessalia sub Deucalione authore Beroso. & in alia eorum parte post terræ motũ secutum est incendium sub quodam illorum Rege Phaetonte altero à Prisco Phaetonte, sub quo aliud incendium prius fuerat, ut narrat Berosus. Hic est Pharao Chencres, qui, ut ait Eusebius, cõtradixit per Moysen Deo atq; mari rubro obrutus est anno regni sui. 16. De quo etiam dicit Berosus in quinto Chencres cum Hebræis de magica pugnauit: & ab eis summersus fuit. Pugnauit contra magos Pharaonis: & superauit eos non arte magica, sed uirtute diuina: qua ipsi magi se uictos esse fatentur dicentes. Digitus dei est hic: ut patet Exo. 8.

12 Acherres regnauit annis octo. 8.

13 Cherres annis quindecim. 15.

14 Armeus qui & Danaus annis quinq;. 5.

15 Ramesses cognomento Aegyptus annis sexagintaocto. 68.

Ab hoc Aegypto fratre Danai nomẽ accepit Aegyptus, ut affirmat Manethon. Regnum Troianum cœpit anno tertio Aegypti: qui fuit annus ultimus Ascathadis regis Caldæorum, ut dicit Berosus.

16 Menophis regnauit annis quadraginta. 40.

Ex quibus omnibus resultant anni trecenti quadragintaocto. 348.

De Dynastia. 19. Larthum Cap. 4.

Post Menophim cœpta est. 19. Dynastia Larthum sicut erat in Italia: quæ Dinastia durauit annis solaribus centum nonagintaquatuor, ut dicit Manethon. Hoc nomen Larthum non proprium est: sed cõmune dignitatis uocabulum, sicut Augustus & Pharao. Erãt enim in Dynastia siue potentatus Ethruriæ duodecim Lucumones in Vetulonia residentes. 12. reges: quibus unus præerat, ut Seruius author est sup. 8. Aeneidos Hic supremus Larth uocabulo Ethrusco, id est regum maximus dicebatur: non solũ quia cæteris præerat, ut uerum etiam quia anniuersarie, cæteris duodecim reuocatis ipse per uitã totam perseuerabat. Hoc pacto potentatus & Dynastia plurium regum in Aegypto cœpit, ut in Italia. De horum Larthum Aegyptiorum temporibus, pãria sentiunt Manethon & Eusebius. Nam.

1 Zetus regnauit an nis quinquagintaquinq;. 55.

Hic Zetus Aegyptius, non fuit ille Zetus, qui pepulit Cadmũ quia ille fuit Græcus: hic autem Aegyptius.

2 Rampses regnauit annis sexagintasex. 66.

3 Amenophis tertius regnauit annis quadraginta. 40.
4 Ammenephus regnauit annis uigintisex, 26
Iuxta finem regni huius fuit quintum diluuium Pharonicum, id est Alexandrinũ Aegypti. Vbi enim nunc est Alexãdria à magno Alexã dro condita, olim erat insula Pharon habitata à coloniis Pharaonicis: ubi inundatio fuit tempore uatis Protei sacerdotis: ad quem Paris rapta Helena primum adnauigauit, ut dicit Xenophon in libro de æquiuocis. Et Herodotus scribit in.2.historiarum. De hoc diluuio ait Lucanus ultimo libro.

Tunc claustrum pelagi cœpit Pharon insula quondam.
In medio stetit illa mari sub tempore uatis.
Proteos. at nunc est pelleis proxima muris.

Thuoris fuit ultimus Larthes Aegyptius: qui ab Homero dicitur
5 Polybus, & regnauit annis septem. 7.
Ex quibus omnibus cõsurgũt anni cẽtum nonaginta quatuor. 194.
Huius Thuoris anno ultimo iuxta Eusebium Troia euersa est. Manethon uero dicit eam euersam anno sequenti: quia eius euersio fuit in fine anni præcedentis iuxta principium anni subsequentis.

De Dynastiis à uigesima ad completam.25. Cap.5.

Iterum in Diapolitanos.20.Dynastia regressa est, q̃ dicta est sine Larthibus, ut Manethon & Eusebius dicunt: & durauit annis centumseptuaginta & octo, 178.

℃ Dynastia.21. durauit annis centũtriginta. Nam in ea Smenesis, qui & Sesach, regnauit annis uigintisex. 26.
Pseusennes annis quadraginta & uno, 41.
Nephercheres annis quatuor. 4.
Amenophis quartus annis nouem. 9.
Osochor annis sex. 6.
Spinaces annis nouem. 9.
Psusennes annis trigintaquinq;. 35.
Ex quiqus omnibus consurgũnt anni centum triginta. 130.

℃ Dynastia.22.fuit annorum quadragintanouem.
Sestoris regnauit annis uiginti & uno, 21.
Osorthon primus annis quindecim. 15.
Thachelotis annis tredecim. 13.
Ex quibus consurgunt anni quadragintanouem. 49

℃ Dynastia.23. fuit annorum quadragintaquatuor.
Petubastis regnauit annis uigintiquinq;. 25.

Osorthon secundus annis nouem. 9.
Psammus annis decem. 10.
Ex quibus consurgunt anni quadragintaquatuor. 44.
¶ In Dynastia. 24. solus regnauit Bochorus annnis. 44. 44.
Huius anno uigesimoquinto Roma condita est.
¶ Dynastia. 25 fuit annorum quadragintaquatuor.
Sabachon æthiops Bocho uicit Aegyptoq; regnauit ānis. 12. 12.
Sebicus annis duodecim. 12.
Tharachus Aethiops annis uiginti. 20.
Ex quibus consurgunt anni quadragintaquatuor. 44.
Si colligamus annos prædictarum sex Dynastiarum consurgent anni quadringenti octogintanouem. 489.

De Dynastiis à. 26. ad 30. & paulo ulterius. Cap. 6.

Dynastia. 26. fuit annorum centum sexagintaocto.
Meres Aethiops regnauit annis duodecim. 12.
Stephinatis annis septem. 7.
Nechepsus annis sex. 6.
Nechao primus annis octo. 8.
Psalmeticus annis quadragintaquatuor. 44.
Nechao secundus qui & Nechepsus annis sex. 6.
Psamnites, qui & Sammeticus. 2. annis duodecim. 12.
Vaphres annis triginta. 30.
Anamasis annis quadragintatribus. 43.
Ex quibus omnibus cōsurgūt anni centū sexaginta & octo. 168.
¶ Dynastia. 27. in qua Persarū rex Cambises obtinuit Aegyptum, ut dicit Eusebius: cui præfuerunt reges Persarum annis centum undecim. Aegyptus post hæc à Persis recessit. 111.
¶ Dynastia. 28. breuissima fuit. Nam in ea solus regnauit Amartheus Saites annis sex. 6.
¶ Dynastia. 29 fuit annorum quadraginta.
Nephericus primus regnauit annis sex. 6.
Achoris secundus annis duodecim. 12.
Psammites tertius anno uno. 1.
Nepherites secundus mensibus quatuor, Sed ex mensibus superfluis pcedentis Regis & subsequētis cōputatur ānus unus ab Eusebio. 1.
Nectenebis annis decem & octo. 18.
Theo annis duobus. 2.
Ex quibus consurgunt anni quadraginta. 40.

¶ In Dynastia.30.regnauit Nectabanus annis decē & octo. 18.
Et sicut ait Eusebius Ochus Artaxerses Rex Persarum, Aegyptum tenuit Nectabano in Ethiopiam pulso, & ipsam Aegyptum suo iussit imperio,& præfuit annis nouem. 9.
Arses uero deinde annis quatuor. 4.
Darius demum annis sex. 6.
Ex quibus consurgunt anni decem & nouem. 19.
Alexander magnus septem annis ab initio monarchiæ. 7.
Si colligantur anni prædictarum quinq; Dynastiarum cū prædictis adiunctis consurgunt anni trecenti sexagintanouem. 369.

De Regibus Aegypti qui regnauerunt in Alexandria. Cap.7.

1 POstquam Alexander magnus cepit Aegyptum ab eo Alexandria ibidem condita est: in qua plures Ptolemęi post eius obitum regnauerunt. Ptolemæus Lagi filius regnauit annis triginta sex.36.Eusebius tamen dicit eum regnasse annis.40.superaddens quatuor annos quibus gubernauit regnum Aegypti uiuente Alexandro magno ut quidam asserunt.

2 Ptolomæus Philadelphus annis triginta & octo. 38.
Hic Iudæos qui in Aegypto erant,liberos esse permisit;& uasa Eleazaro pontifici Hierosolymarū uotiua transmittens diuinas scripturas in uocem græcam ex hebræa lingua per septuagintaduos interpretes transferri curauit: quas in Alexandrina bibliotheca habuit: quam sibi ex omni genere literaturæ comparauerat. ut ait Eusebius
3 Ptolemęus Euergetes primus regnauit annis uigintisex. 26.
4 Ptolemęus Philopator annis decem & septem. 17.
5 Ptolemęus Epiphanes annis uigintiquatuor. 24.
6 Ptolemęus Philometor annis trigintaquinq;. 35.
7 Ptolemęus Euergetes secundus uigintinouem. 29.
8 Ptolemęus Phiscon,qui Soter,annis decem & septem. 17.
9 Ptolemęus Alexander annis decem. 10.
10 Ptolemęus,qui matre fuerat electus annis octo. 8.
11 Ptolemęus Dionysius annis triginta. 30.
12 Cleopatra mulier annis uiginti & mensibus quinq; 20.
Cleopatra & Antonius semel interficiunt; & Aegyptus fit Romana prouincia. Vsq; ad mortem Cleopatræ, Ptolemęi, qui uocabantur 290
Lagide, in Aegypto regnauerunt post Alexandrum annis ducentis

nonaginta,ut patet ex computatione annorum prædictorum ptincipum. Eusebius autem addit duos annos Cleopatræ: & dicit eam regnasse annos .22. cum tamen secundũ probatam fidem, sicut alij scribunt, regnauerit annos. 20. Nam & Tertullianus in libro contra Iudæos, dicit eam regnasse annos. 20. & menses .5. Ab anno autem. 13. Cæsaris Augusti, quo Cleopatra periit usq; ad penè completum
29 eius. 42. annum, quando natus est Christus: fuerunt Anni uigintinouem: qui adiuncti prædictis ducentis nonaginta reddunt annos trecentos decem & nouem. 319.

EPILOGVS PRAEDICTORVM ANNORVM.

A creatione mundi ad diluuium fuerunt anni.	1656.
Ab eodem ad completam. 14. Dynastiam anni.	292.
In. 16. &. 17. Dynastia fuerunt anni.	293.
In. 18 Dynastia fuerunt anni.	348.
In. 19 Dynastia fuerunt anni.	194.
In sequentibus sex Dynastiis fuerunt anni.	489.
A. 26 Dynastia usq; ad obitum Alexandri anni.	369.
A morte Alexandri ad Christum fuerunt anni.	319.
Ergo ab exordio mundi ad Christum fuerunt anni.	3960.

Liber sextus de quorũdã Regnorũ exordiis.

PROLOGVS

POstquam tempora à mundi cõstitutione ad Christum quadruplici præcipuorum Regnorum ordine digessimus: non restat ut quorundam aliorum Regnorum initia ante Christi aduentum in hoc sexto uolumine quambreuissime recenseamus.

De origine Regni Hispanorum. Cap. 1.

HIspanos condidit Iubal filius Iapeti: qui à Moyse dicitur Tubal filius Iaph et. Nam Berosus in. 5. Antiquitatem dicit. Anno duodecimo Nimbroti Saturni primi Regis Babyloniæ Iubal condidit Celtiberos, id est Hispanos. Et anno quarto Nini tertii Regis Babyloniæ: idem Iubal Celtiberos legibus format. hæc ille. Unde prima Hi-

ſpaniæ urbs Tubal à conditore nomen habet, quamuis corrupta prima litera ſcriptores poſuerunt Dubal in Pomponio Mela in deſcriptione Beticæ mutata litera. t. in. d. Hunc eundem Tubal quidam cognominauerunt Tharacon: à quo urbs Taracona. Ei enim præcipue ſtudium fuit greges & armenta & iumēta inducere. Huiuſcemodi ſtudium Aramei Taracoā uocant, id eſt paſtorū congregationē. Nam à Hieronymo interpretatur Thara paſcens uel paſtor. Choa uero congregatio Ergo Tharachoa eſt congregatio paſtorum. Hi ergo fuerunt priſci Reges Hiſpaniæ: quos ponit Beroſus.

1	Tubal.	14	Sicorus.
2	Iberus, à quo Iberi dicti.	15	Sicanus.
3	Iubelda.	16	Siceleus.
4	Brigus.	17	Luſus.
5	Tagus Orma.		Qui ſequunt̃ ex Manethone.
6	Bethus, à quo Betica Hiſpania	18	Siculus.
7	Geryon Afer: qui & Deabus.	19	Teſta Libyus Triton.
8	Trigeminus Geryon.	20	Romus.
9	Hiſpalus, à quo hiſpalis ciuitas.	21	Palatuus.
10	Hiſpanus à quo Hiſpania.	22	Cacus.
11	Heſperus, à quo Heſperia.	23	Erytrus.
12	Hercules Libyus.	24	Mellicola ſiue Gargoris.
13	Atlas Italus kitin.		Alios reperire nō potuimus.

De initio Regni Gallorum ſiue Francorum. Cap. 2.

Celtas ſiue Gallos uel Frācigenas condidit Samothes frater Tubalis ex Iapeto patre. Dicit enim Beroſus in. 5. libro. Paulo poſtquam Iubal condidit Celtiberos, id eſt poſt duodecimum annum Nimbroti, Samotes, qui & Dis, Celtas colonias fundauit id eſt Gallos ſiue Frācos. Neq; quiſquam illa ætate iſto ſapientior fuit: ac propterea Samotes dictus eſt hæc ille. Samotes fut frater Comeri, & Tubalis ex Iapeto patre: à quo primum Britones: inde Galli Samothei dicti fuerunt, id eſt ſapientes Et inferius Beroſus addit dicens. Anno quarto Nini Samotes Celtis leges dedit. Sepe autem uariatum eſt Celtarum nomen. Nam à principio Samothei dicebantur: Inde à Celto Celte: poſt à Galathe Galatii: hinc à Beligio Belge: poſt à Romanis Galli: poſtremo Francigenæ à Francorum Rege. Et ſicut dicit Beroſus libro quinto. Filius Herculis Galathes Priſcus: qui apud illos regnauit

ætate Althadis duodecimi Regis Aſſyriorum nomen etiam Galliæ dedit. Hi ergo fuerunt primi Reges eorum quos ponit Beroſus.

1	Samothes, qui & Dis	13	Beligius, à quo Belgæ.
2	Magus.	14	Iaſius.
3	Sarton.	15	Allobrox.
4	Dryius.		Omnes prædicti ex Beroſo.
5	Bardus Priſcus.	16	Romus.
6	Longo.	17	Paris.
7	Bardus iunior.	18	Lemanus.
8	Lucus.	19	Olbius.
9	Celtes, à quo Celtæ dicti.	20	Galathes iunior.
10	Galathes, à quo Galli.	21	Namnes.
11	Narbon, à quo Narbona.	22	Francus, à quo Francia:
12	Lugdus à quo Lugdunum.		Septẽ ꝑdicti ex Manethone.

De exordio Regni Germanorum, uel Theutonicorum. Cap. 3.

Ermanos, ſiue Theutonicos, & Sarmatas condidit Thuiſcon gigas filius Noe natus ei poſt diluuium. Dicit enim Beroſus in quinto libro Anno Nimbroti uigeſimo quinto, Thuiſcon Sarmatas maximos populos fundauit. & inferius ait. Anno quarto Nini Thuiſcon gigas Sarmatas legibus format apud Renũ. Germanorum quoq; nomen ſæpe à ducibus uariatum fuit. Nam ab exordio, & fermè in toto Thuiſcones dicebantur à Thuiſcone primo eorum conditore. In parte uero Gambriui à Gambriuio; ante uero Ingheones à Inghaeuone: poſtea Iſteuones ab Iſteuone. Hinc Sueui à Sueuo: Poſt Vandali à Vandalo. Inde Alemani ab Hercule Alemano: deinde Theutanes & Theutones à Theutane. Poſtremo à Romanis, ut Tacitus ait, Germani dicti ſunt. Eorum reges primos deſcribit Beroſus in ſecundo & in quinto libro: qui ſunt ſequentes uidelicet.

1	Thuiſcon, à quo Thuiſci.	8	Sueuus, à quo Sueui.
2	Mannus.	9	Vandalus, à quo Vandali.
3	Inghaeuon à quo Ingheones:	10	Theutanes, à quo Theutonici.
4	Iſteuon à quo Iſteuones.		
5	Herminon.	11	Hercules Alemannus à quo Alemanni.
6	Marſus.		
7	Gambriuius, à quo Gambriuii	12	Hunnus, à quo hunni.

De principio Regni Sicyoniorum, & eius fine. *Cap.* 4

Regnum Sicyonorum in Græcia iuxta Eusebium de temporibus ortum habuit ante natiuitatem Abrahæ annis septuagintatribus, uidelicet anno .32. Beli: & durauit annis nongentis sexaginta & uno. In codicibus autem Eusebii impressis in fine regni Sicyoniorum mendose uitio impressorum colliguntur anni. 862. quia ibi deficiunt anni. 99 ut patet ex cōputatis annis in lineis annorum per Eusebium distinctis, quibus ordinate Reges Sicyoniorum regnauerunt, ut patet in sequentibus.

1 Egialeus, à quo Egialea nuncupata est: quæ nunc Poleponesus uocatur, regnauit annis quinquagintaduobus. 52.
2 Europs annis quadragintaquinq;. 45.
3 Stelchin annis uiginti. 20.
4 Apis annis uigintiqninq;. 25.
5 Thelasion annis quinquagintaduobus. 52.
6 Egidius annis trigintaquatuor. 34.
7 Thurimacus annis quadraginraquinq;. 45.
8 Leucippus annis quinquagintatribus. 53.
9 Mesappus annis quadragintasedtem. 47.
10 Eratus annis quadragintasex. 46.
11 Plemmeus annis quadragintaocto. 48.
12 Orthopolis annis sexagintatribus. 63.
13 Maratus primus annis triginta. 30.
14 Maratus secunpus annis uiginti. 20.
15 Echiteus annis quinquagintaquinq;. 55.
16 Chotax annis triginta. 30.
17 Epopeus annis trigintaquinq;. 35.
18 Laumedon annis quadraginta. 40.
19 Sicyon à quo Sicyonii annis quadragintaquinq;. 45.
20 Polybus annis quadraginta. 40.
21 Inachus annis quadragintaduobus. 42.
22 Phestus annis octo. 8.
23 Adrastus annis quator. 4.
24 Polyphides annis triginta & uno. 31.
25 Pelasgus annis uiginti. 20.
26 Zeusippus annis triginta & uno. 31.

Ex quibus omnibus resultant anni nōgenti sexaginta & unus. 961. uidelicet usq; ad annum. 28. completum Heli sacerdotis Hebræorū & tunc finem acepit hoc regnum.

De origine Regni Argiuorum & Myccenarum. *Cap.5.*

MOx erto Esau & Iacob anno secundo Balei Xerxis octaui Regis Assyriorum, initiū habuit regnū Argiuorum, ut conputat Euseb. quorū Reges & tēpora ab ipso ita describūtur.

1	Inacus regnauit annis quinquaginta.	50.
2	Phoroneus annis sexaginta.	60.
3	Apis annis trigintaquinq;	35.
4	Argus annis septuaginta.	70.
5	Grassus annis quinquagintaquatuor.	54.
6	Phorbas annis trigintaquinq;	35.
7	Troiphas annis quadragintasex.	46.
8	Crothopus annis uiginti & uno.	21.
9	Stelenus annis undecim.	11.
10	Danaus annis quinquaginta.	50.
11	Lynceus annis quadraginta & uno.	41.
12	Abas annis uigintitribus.	23.
13	Proeteus annis decem & septem.	17.
14	Acrisius annis triginta & uno.	31.

Prædicti omnes simul regnauerunt annis quingentis quadragintaquatuor, ut ex annis collectis patet Et defecit regnū Argiuorū anno. 16. Lamparis uigesimiquarti Regis Assyriorum; & anno. 8. Rampsis regis Aegypti. Post Acrisiū Regnū Argiuorū in Mycenas transfertur: quorū Reges decem ab Eusebio describuntur uidelicet. 544.

1	Perseus.	6	Aegysthus.
2	Stenelus.	7	Orestes.
3	Eurystheus.	8	Thisamenus.
4	Atreus & Thyestes fratres.	9	Pentilus.
5	Agamemnon.	10	Cometes.

De initio & fine regni Athenienfium. *Cap.6.*

AThenienfium Regnum, ut ait Berosus in. 5. libro, cœpit anno. 4. Spareti. 17. Regis Assyriorum; qui fuit annus primus Iasii Regis Ethruriæ: & .30. Ori regis Aegypti. quorū Reges qui or annis regnauerunt Euseb. ita scribit.

1 Cecrops, qui Delphinas, regnauit annis quinquaginta. 50.
Eius anno. 30. fuit diluuium in Thessalia sub Deucalione. Ante hoc diluuium duobus annis Cecrops ædificauit in Eubœa Athenas, ut ait Eusebius.

2 Granaus regnauit annis nouem. 9.

1 Amphitryon annis decem. 10.
2 Ericthonius annis quinquaginta. 50.
3 Pandion primus annis quadraginta. 40.
4 Fricthеus anni quinquaginta. 50.
5 Cecrops secundus annis quadraginta. 40.
6 Pandion secundus annis uigintiquinq;. 25.
7 Egeus annis quadragintaocto, 48.
8 Theseus annis triginta. 30.
9 Menestheus,qui & Peteo,annis uigintiquatuor. 24.
10 Demophon annis trigintatribus. 33.
11 Oxintes annis duodecim. 12.
12 Aphidas anno uno. 1.
13 Thimoetes annis octo. 8.
14 Melanthus annis trigintaseptem. 37.
15 Codrus annis uiginti & uno. 21.
16 Post prædictos reges,ut ait Eusebius,principes siue Iudices uel ma-
17 gistratus quoad uixerunt,regnauerunt;qui sequntur.
Medon iudicanit annis uiginti. 20.
1 Agastus annis trigintasex. 36.
2 Archippus annis decem & nouem. 18.
3 Theusippus annis quadraginta & uno. 41.
4 Pherbas annis triginta & uno. 31.
5 Mezades annis triginta. 30.
6 Diogenetus annis uigintiocto. 28.
7 Pheredus annis decem & nouem. 19.
8 Ariphron annis uiginti. 20.
9 Thespieus annis uigintiquinq; 25.
10 Agamnester annis uiginti. 20.
11 Aeschylus annis uigintitribus. 23.
12 Alchamenon annis duobus. 2.
13 Carops annis decem. 10.
14 Aesimedes annis decem. 10.
15 Elidicus annis decem. 10.
16 Hippomenes annis decem. 10.
17 Leocrates annis decem. 10.
18 Absander annis decem. 10.
19 Erixias annis decem. 10
20 Inde Athenis principes annui constituti sunt cessantibus regibus:
nouẽ scilicet principes ex nobilibus urbis electi Atheniensibus pre

fuerunt. A primo autem Cecrope usq; ad ultimum Erixam fuerunt
872 anni octingēti septuagintaduo,ut patet ex prædictis annis collectis in unum:& tunc defecit Regnum Atheniēsium uidelicet. Olympiade sigesima quarta anno primo completo,ut annotat Eusebius.

De initio & fine Regni Troianorum. *Cap. 7.*

Egnum Troianum,ut ait Berosus in.5.libro,cœpit anno ultimo Ascathadis decimi octaui regis Assyriorum: cum
828 Atho donauit Dardanum parte agri Mæonici: & hic fuit annus octingentesimus uigesimus octauus post diluuium ante mortem Moysi decem annis. Hoc idem confirmat Archilochus ex authoritate Maseæ Phœnicis Damasceni. Licit.n. in suo epitheto. A prima inundatione nonimestri ad Troiam colligit Maseas annos non minus octo & uiginti supra octingentos.hæc ille. Tunc fuit annus tertius Ramessis regis Aegypti: qui & Aegyptus dictus est à quo Aegyptus nomen accepit. Quot autem annis durauerit Regnum Troianum Idem Archilochus ita ostendit. Regnatum fuit Troię regibus sex.

1	Sub Dardano quidem uno & triginta annis.	31.
2	Sub Driohonio quinq; & septuaginta.	75.
3	Sub Troe sexaginta.	60.
4	Sub Ilo quinq; & quinquagiuta.	55.
5	Sub Laumedonte sex triginta.	36.
6	Sub Primo quadragintatribus,	43.

Omnes ergo prædicti Reges regnauerunt annis treeentis. 300. In libris Archilochi impressis mendosè scriptum est Priamum regnasse annis quadraginta,quia ulterius tribus annis regnauit ut patet in codicibus emendatis; ut etiam Ioannes Annius computat cū loquitur de.23. Rege Hispaniæ,licet superaddat annum unum propter eos, qui dicunt regnum Troianorum defecisse anno primo uigesime Dynastiæ Aegyptiorum, ut ponit Manethon. Anno tamen præcedenti Troia cremata est ut rectè ponit Eusebius Poteft tamen dici quod hoc fuit anno ultimo Thuoris Regis Aegypti desinente 19.Dyanstia:& incipiente primo anno uigesimę Dynastię. Non autem eius euersionem ponimus anno pręcedente uegesimam Dynastiam: qui fuit annus.26. Tautannis uigesimooctaui Regis Assyriorum. A Dardano autem primum condita & dicta est Dardania. A Troe denominata est Troia:& ab Ilo Ilium.

De Regibus Ethruriæ & Italiæ post Mezentium. Cap.8.

SVperius in tertio libro descripsimus Reges Ethruriæ & Italiæ usq; ad Mezentiũ, quia eorũ tẽpora certa reperimus. Reliquorũ uero sequẽtiũ Ethruriæ Larthum tẽpora tanquã incerta reliquimus. Nunc uero eorum tantum nomina describemus absq; temporibus.

1	Tarcon tertius.	18	Rhetus.
2	Ocnus Bianor.	19	Hiellus.
3	Pipinus.	20	Porsenna Clusinus.
4	Nicius.	21	Tolumnius Veiens.
5	Fiseus.	22	Eques Thuscus.
6	Thuscus iunior.	23	Liuius Fidenas.
7	Aminus.	24	Elbius Thuscus.
8	Felsinus.	25	Thuttenus.
9	Bonus.	26	Titus.
10	Atrius.	27	Volturrenus.
11	Marsias.	28	Cecinna.
12	Etalus.	27	Menippus.
13	Cœlius.	30	Menodorus.
14	Galeritus Lucumo.	31	Mœcenas.
15	Lukius Thuscus.	32	Seianus.
16	Cibitius.	33	Sceuinus.
17	Lucumo Clusinus.	34	Otho Ferentinus.

Post hunc defecerunt.

Anno autem Mœcenatis quadragesimo secũdo Christus natus est: eo quod Mœcenas accepetit Regnum eodem anno, quo & Cæsar Augustus. quod sic probatur. Nam Ortho tribus mẽsibus regnauit: & apud Vitriacum propria manu occubuit anno à natiuitate domini septuagesimo primo: anno uidelicet secundo olympiadis ducentesimæ duodecimæ, antequam imperium Vespasianus assumeret. Mœcenas autem regnauit annis quinquaginta sex. Seianus uiginti tribus Secundus trigintatribus. Post quem ultimo anno, quo defecit Regnum, Otho regnauit. qui simul anni fiunt centum treſdecim. A quibus si subtrahantur anni septuaginta & unus à Christi natiuitate ad mortem Othonis restant anni quadragintaduo: qui præcesserunt Christi natiuitatem. Ergo anno quadragesimosecundo Mœcenatis natus est dominus.

De principio & fine regni Lacedæmoniorum. Cap.9.

REgnū Lacedæmoniorū incepit ſecundū Euſebiū anno quarto Dercili trigeſimiprimi Regis Aſſyriorū. Alii qui tamē dicunt id cepiſſe prius annis duobus: quod magis conuenit computationi noſtræ. Dicimus enim nos hoc regnū cœpiſſe anno. 2. eiuſdē Dercili. Tūc enim erat ſeptuageſimusoctauus annus uigeſimæ Dynaſtię Aegyptiorū: & ſextus annus Aeneæ Syluii Regis Latinorū: necnon & duodecimus annus Saulis Regis Hebræorum. Hi ergo fuerunt Reges Lacedæmoniorum ſecundum Euſebium.

1	Euryſtheus regnauit annis quadragintaduobus.	42.
2	Agis regnauit anno uno.	1.
3	Archeſtratus annis trigintaquinq;.	35
4	Labotes annis trigintaſeptem.	37.
5	Doriſtus annis uigintinouem.	29.
6	Egiſilaus annis quadragintaquatuor.	44.
7	Archelaus annis ſexaginta.	60.
8	Thelecus annis quadraginta.	40.
9	Alcamenes annis trigintaſeptem.	37.
	Ex his omnibus conſurgunt anni trecenti uigintiquinq;.	325.

& peruenerunt uſq; ad primam Olympiadem.

De Regno Corinthiorum. Cap. 10.

EOdem tempore incepit regnum Corinthiorum quo & regnum Lacedæmoniorum iuxta Euſebium. Et hi fuerunt Reges Corinthiorum numero duodecim.

1	Athletes regnauit annis trigintaquinq;.	35.
2	Trion annis triginta ſeptem.	37.
3	Agilaus annis trigintaſeptem.	37.
4	Priminas annis trigintaquinq;.	35.
5	Bacis annis trigintaquinq;.	35.
6	Agelas annis triginta.	30.
7	Audemus annis uigintiquinq;.	25.
8	Ariſtemedes annis trigintaquinq;.	35.
9	Agemnon anni ſexdecim.	16.
10	Alexander annis uigintiquinq;.	25.
11	Phelesteus annis duodecim.	12
12	Authomenes anno uno.	1.
	Ex his omnibus conſurgunt anni trecenti uigintitres.	323.

& defecerunt prædicti reges ante primam olympiadem annis duo

bus Inde non fuerunt Corinthiis Reges, sed annui principes constituti, ut ait Eusebius.

De initio & fine Regum Israel. Cap. 11.

Diuisæ ac separatæ sunt decē tribus Israel à domo Dauid post mortē Salomonis regnāte Roboā filio eius propter duritiā eius, ut patet. 3. Reg. 12. & etiā in punitionem peccatorū Salomonis patris eius. Et regnauit super easdem decem tribus Israel Hieroboā filius Nabath Euphrateus de Sareda: qui prius fuerat seruus Salomonis, & ab eo rebellauerat; & fugerat in Aegyptū, ne ab illo occideret. Tandem mortuo Salomone regnante Roboam super Iudam factus est ipse Hieroboam Rex super Israel. Regum igitur israel tempora ita ordinantur ex. 3. & 4. libris Regum.

1 Hieroboam regnauit annis uigintiduobus. 3. Reg. 14. 22.
2 Nadab filius eius annis duobus. 3. Reg. 15. 2.
3 Baasa filius Ahiæ annis uigintiquatuor. 3. Reg. 15. 24.
4 Hela filius eius annis duobus. 3. Reg. 16. 2.
5 Zambri septem diebus. 3. Reg. 16.
6 Amri annis duodecim 3 Reg. 16. 12.
7 Achab filius eius annis uigintiduobus. 3. Reg. 16. 22.
8 Ochozias annis duobus. 3. Reg. 22. 2.
9 Ioram annis duodecim. 4. Reg. 3. 12.
10 Hieu annis uigintiocto. 4 Reg. 10. 28.
11 Ioacham annis decem & septem. 4. Reg. 13. 17.
12 Ioas annis sexdecim. 4. Reg 13. 16.
13 Hieroboam secundus annis quadraginta & vno. 4. Reg. 14. &. 41.
14 Zacharias mensibus sex. 4. Reg. 15.
15 Sellum mense uno. 4. Reg. 15.
16 Manahen annis decem. 4. Reg. 15. 10.
17 Phaceia annis duobus. 4. Reg. 15. 2.
18 Phacee filius Romeliæ annis viginti. 4. Reg. 15. 20.
19 Osee filius Hela annis nouem. 4. Reg. 17. 9.

Ex quibus omnibus cōsurgūt anni ducēti quadraginta & uno. 241. & menses septem: qui menses consumuntur anno ultimo Oseæ, qui non fuit integer. Defecerunt Reges Israel, quādo Salman Assar Rex Assyriorum transtulit Israel in Assyrios anno nono huius Oseæ filij Hela, ut patet. 4. Reg. 17. & 18. & tunc incipiebat annus sextus

Ezechię regis Iuda, ut ibidem scribitur. Numerus autem omnium annorum regnum Israel non cõuenit cum annorum numero regum Iuda, qui eo tempore regnauerunt. Nam si computētur anni Regū Iuea post mortem Salomonis, quando incepit Regnum Israel: & digerantur à Roboam filio Salomonis usq; ad annum sextum Ezechiæ, quo anno defecit Regnum Israel, reperiuntur in regibus Iuda
261 anni ducenti sexaginta & unus: non computatis decem annis. quos quidam inconsulte addunt ipsi Asa Regi Iuda: quos tamen conuenientis Philo & septuaginta interpretes posterius addūt ipsi Amon regi Iuda absente patre; quod fuit post destrutionem regni Israel. Si uero computantur anni Regum Israel à Hieroboam ad nonum
241 & ultimum Oseæ: reperiuntur anni ducēti quadraginta & unus: qui minus sunt annis uiginti ab annis prædictorum regum Iuda. Vnde oportet fateri, uel quòd sit error in numero annorū regum Israel uitio scriptorum: uel quòd quandoq; uacauerit Regnum Israel, & fuit sine Rege: uel quia quandoq; in eis computantur anni, quibus aliquis Rex simul cum patre regnauit: quandoq; omittuntur: uel quoniam aliquando per synecdochē à parte totus annus nominatur: uel quia interdum distribuuntur anni tantum, quibus aliquis Rex bene uixit: quos uarietatis modos ponit Hugo Cardinalis, & Nicolaus de Lira eum imitatus super. 3. Reg. 15. c. Idcirco hæc nos omitimus. Nam & Hieronimus in epistola ad Vitalem persbyterū dicit. Relege omnes & ueteris & noui testamenti libros; & tantā annorum reperis dissonantiam & numerum inter Iudam & Israel, id est inter regnum utranq; cõfusum, ut huiuscemodi hærere euæctionibus non tam studiosi quā ociosi hominis uideatur hæc ille. Si quis tamen cupit hanc temporum consonantiam aliquo modo cognoscere, legat opusculum Ricardi de santo Victore de concordia tēporū regū Iuda & Israel in secunda operū parte paulo post principiū.

De Macedonum Regno. Cap. 12.

Macedonia prius dicta est Aemathia ab Aemathio filio Camesis, de qua Lucanus dicit.

Bella per Aemathios plusquam ciuilia campos.

Ea postea Macedonia dicta est à Macedone filio Osiridis, ut Diodorus author est in primo libro. Idem dicit Berosus in. 5. antiquitatum libro. ubi ait Regnante decimo Assyriorum Rege Belocho: Prisco: cœpit apud Aemathios regnare Macedon filius Osiridis:

ridis:& quo nunc nomē retinēt prouincia hæc ille. Cæpit ergo hoc Regnum anno primo Belochi:qui fuit annns. 38, decimæseptimæ Dynastiæ pastorum in Aegypto, Post annos uero nongentos septua gintaseptem anno scilicet. 13. Oziæ Regis Iuda: &. 9. Procæ Regis Latinorum: &. 13. Petubasti in. 23. Dynastia Aegyptiorum: hos reges ex Eusebius accepimus. 677

1	Granaus regnauit annis uiginii & octo.	28.
2	Coenus annis duodecim.	12.
3	Tirimas annis triginta & octo.	38.
4	Perdicas primo annis quinquaginta & uno.	51.
5	Argeus primus annis triginta & octo.	38.
6	Phlippus annis triginta & octo.	38.
7	Europus anuis uigintisex.	26.
8	Alcetas annis uigintinouem.	29.
9	Amyntas primus annis quinquaginta.	50.
10	Alexander primus annis qnadragintatribus.	43.
11	Perdicas secundus annis uiginti & octo.	28.
12	Archelaus primus annis uigintiquatuor.	24.
13	Orestes annis tribus.	3.
14	Archelaus secundus annis quatuor.	4.
15	Amyntas secundus anno uno.	1.
16	Pausanias anno uno.	1.
17	Amyntas tertius annis sex.	6.
18	Argeus secundus annis duobus.	2.
19	Amyntas quartus annis decem & octo.	18.
20	Alexander secundus anno uno.	1.
21	Ptolemæus primus annis quatuor.	4.
22	Perdicas tertius annis sex.	6.
23	Phlippus secundus annis uigintisex.	26.
24	Alexander magnus annis duodecim.	12.
25	Arideus, qui & Philippus terrius annis septem.	7.
26	Cassander annis decem & nouem.	19.
27	Antigonus primus & Alexander annis quatuor.	4.
28	Demerius primus annis sex.	6.
29	Pyrrhus mensibus sex & cum sequentibus cōputatur pro anno.	1.
30	Lysimacus annis quinq;.	5.
31	Ptolemæus secundus anno uno.	1.
32	Meleagros mensibus duobns.	
33	Antipater diebus quadragintaquinq;.	

34 Softenes annis duobus, 2

35 Antigonus fecundus annis trigintafex. 36

36 Demetrius fecundus annis decem 10

37 Antigonus tertius annis quindecim. 15

38 Philippus quartus annis quadragintaduobus. 42

39 Perfes annis decem. 10

Omnes prędicti fimul regnauerunt annis fexcentis quadragintafeptem. 647 Macedonum Regnū defecit poft Perfem anno fecundo centefimæ quinquagefimæ quartæ olimpiadis : Licet Eufebius pauloante id defeciffe dicat.

De Regno Lydorum. Cap.13.

Regnum Lydorum iuxta Eufebium mox incępit poft finē regni Corinthiorum: hoc eft annis duobus ante primam olympiadem. quorum Reges enumerat idem Eufebius.

1 Ardifus regnauit annis trigintafex. 36

2 Aliaftes primus annis quatuordecim. 14

3 Meles annis duodecim. 12

4 Candaules annis decem & feptem. 17

5 Giges annis trigintafex. 36

6 Ardis annis trigintafeptem. 37

7 Sadiates annis quindecim. 15

8 Aliactes fecundus annis quadragintanouem. 49

9 Crœfus annis quindecim. 15

Omnes prædicti Reges fimul regnauerunt annis ducentis. 231 triginta & uno iuxta computationem Eufebii.

Liber feptimus de uita Chrifti.

PROLOGVS.

Poftquam defcripfimus tempora ante Chrifti ortum ab orbe condito: nunc oportet nos ab ortu & natiuitate Chrifti ad ætatem noftram tēpora defcribere per annos uite ipfius Chrifti: & per annos Romanorum pontificum & imperatorum: quibus aliorum tempora metiuntur. Nunc igitur in hoc feptimo libro de uita Saluatoris & Domini noftri breuiffime differemus.

CHristi genealogiã duo Euãgeliste descripserũt, uidelicet Matthæus: qui ab Abraham, cui facta est repromissio de Christo per successionem generationũ usq; ad eius natiuitatem descẽdit. & Lucas: qui ab ipso Christo usq; ad protoplastũ Adã à Deo creatum ascendit ordine retrogrado. Hæc autẽ Christi genealogia ex diuinis libris: & ex breuiario Philonis hebræi cõprobari potest, sicuti descripsimus in secundo libro superius. Sed quoniam à Iacob usq; ad Regem Dauid Christi generationes omisimus, quia tempora in eis certa non inuenimus: sed per duces hebręorum, quorum tẽpora certiora comperimus; annorũ ordinem descripsimus: idcirco, ut eius genealogia ad plenum cognosci possit, sub epilogo eã nunc breuissime describemus: & quæ hic omittimus, in eodẽ. 2. libro. requirenda sunt. Prius ergo secũdũ Lucã solũ ab Adam usq; ad Abraham, singulas generationes describemus, in quibus nulla, uel parua difficultas inuenitur.

Deus creauit Adam. Gen.1.
1 Adam genuit Seth.
2 Seth genuit Enos.
3 Enos genuit Chaynam.
4 Chaynam genuit Malaleel.
5 Malaleel genuit Iared. } Gen.5.&.1.Paralip.1.
6 Iared genuit Enoch.
7 Enoc genuit Matbusalem.
8 Mathusalem genuit Lamech
9 Lamech genuit Noe.
10 Noe genuit Sem.
11 Sem genuit Arphaxat Gen.11.&.1.Paralip.1.
12 Arphaxat genuit Sale, qui cognomine dictus est Chaynam, ut in
13 primo libro capite.6. insinuauimus.
14 Sale genuit Heber.
15 Heber genuit Phalech.
16 Phalech genuit Rheu uel Ragau.
17 Rheu genuit Saruch. } Gen.11.&.1.Paral.1.
18 Saruch genuit Nachor.
19 Nachor genuit Thare.
Thare genuit Abraham.
Secundum Lucam & Matthæum simul sequentes generationes usq;

ad Dauid inclusiue nullam dissonantiam prætendunt.

20 Abraham genuit Isaac. Gen. 21.
21 Isaac genuit Iacob. Gen. 25.
22 Iacob genuit Iudam. Gene. 26.
23 Iudas genuit Phares. Gene. 38.
24 Phares genuit Esron.
25 Esron genuit Aram.
26 Aram genuit Aminadab.
27 Aminadab genuit Naason. } Ruth 4. & 1. Paral. 2.
28 Naason genuit Salmon.
29 Salmon genuit Booz.
30 Booz genuit Obeth.
31 Obeth genuit Iesse,
32 Iesse uel Isai genuit Dauid.
33 Dauid rex genuit Natham & Salomonem ex Betsabee utrunq;.

Sequitur Lucas Lineã Nathã: & Matthæus lineã Salomonis.

Regni successores.		Reges Iuda.
34 Nathã. 2. Re. 15. & 1. paral. 3.		Salomon. 2. Reg. 12.
35 Mathat, q & Ahiasar, 3. Re. 4.		Roboani. 3. Reg. 14.
36 Menna.	ex Luca & ex Philone.	Abias. 3. Reg. 15.
37 Melcha.		Asa. 3. Reg. 15.
38 Heliachin.		Iosaphat. 3. Reg. 22.
39 Ionas.		Ioram. 4. Reg 8.
40 Ioseph.		Ochozias qui & Ioachaz. 2. paral. 22. In Hoc defecit linea Salomonis
41 Iudas.		

& ẽt. 1. paral. 3.

Reges ex successione.

42 Symeon, qui & Ioas & Helih. 4. Re. 11. & ideo Matthæus ad lineam
43 Leui, qui & Amasias. 4. Reg. 14. Nathan diuertit cum Luca
44 Mathat, q. Azarias & Ozias. 4. R. 15. relinquẽs tres reges uidelicet.
45 Iorim, q & Ioathan. 4. Reg. 15. Ochoziam, Ioas, & Amasiam.
46 Heliezer, qui & Achaz. 4. Reg. 16.
47 Iesus, qui & Ezechias. 4. Reg. 18.
48 Her, qui & Manasses. 4. Reg. 21 } ex Luca & ex Philone. & Matthæo.
49 Helmadã, q & Amon. 4. Reg. 21.
50 Thosam, qui Iosias. & 4 Reg. 22.
51 Addi & Ioakaz. 4. Reg. 23.
52 Melchiqui Ioakim, uel Eliachim. 4 Reg. 23.
53 Neri, qui & Ioachin, Ieconias, & Helih. 4. Reg. 24.
54 Salathiel, qui & Mesezebeel. 1. Paral. 3. & Neem. 3.

55 Zorobabel, q. & Barachias genuit Rhesa & Abiud fratres uidelicet Misciolam & Ananiam 1 Par. 3. & Neemiæ. 3.

Sequitur Lucas lineã Rhesa.		Sequit Matth. lineam Abiud.	
56 Rhesa qui & Misciollã. 1. Par 3		Abiud q. & Ananias. 1. par. 3.	
57 Ioanna ben Rhesa.	ex Luca & Philone	Eliachin.	ex Matthæo euãgelist
58 Iudas cognomine Hyrcanus.		Azor.	
59 Ioseph uel Iosephus.		Sadoch.	
60 Semei, qui & Abner.		Achim.	
61 Mathathias, qui & Helith.		Eliud.	
62 Maat, qui & Asar.		Eleazar.	
63 Nage uel Nagit, qui & Artaxat.		Mathan.	
64 Helli, qui & Agai.		Iacob.	
65 Naum, qui & Massoth.		Ioseph uir Mariẽ.	
66 Amos. qui & Scirach.		de qua Iesus natus est.	
67 Mathathias qui & Syloa.			
68 Ioseph uel Iose. iunior, q. & Arses.			
69 Iãne uel Iãneus q. &. 2. Hyrcanus.			
70 Melchi.	Ex Luca: & Syrorum libris.		
71 Leui.			
72 Mathat.			
73 Helith, q. & Ioachin pater Mariæ			
74 Maria mater Christi.			

75 Iesus filius eius.

Lucas ego euangelista prosequitur generationes omnes iuxta naturam procedentes directe secundum lineam Nathan. Et incepit à patre beatæ Mariæ uirginis, qui dictus est Helith uel Ioachin: quia fuit binomius. Nam Rabbi Haccados hebræus in responsione ad petitionem tertiam Antonini consulis urbis Rome: affirmat ex reuelatione sibi facta ab Helia parentem matris Messiæ duplex habiturũ nomen; unum Helit; alterum Ioachin. Et post modum Rabbi Haccanas ait Erat quædam puella in Betleem Iudæ nomine Maria filia Ioachin, Helith de genere Zorobabelis filii Salathielis ex tribu Iuda hæc ille. Maria ergo fuit filia naturalis Helith siue Ioachin. Ioseph autem uir Mariæ fuit eiusdẽ Ioachin gener: & ex cõsequẽti fuit eius, filius legalis ex affinitate. Nam sicut Maria erat in primo gradu consanguinitatis ad patrem suum: sic & Ioseph erat in primo gradu affinitatis ad socerum: cum fuerit uerum matrimonium inter Ioseph & Mariam. Id circo Lucas dicit quòd Christus putabatur filius Ioseph, qui fuit Helith scilicet filius legalis, & loco Mariæ ponit uirum

suum secundum consuetudinem scripturarum. Matthæus uero de scribit primo generationes secundum lineam Salomonis regis usq; ad eius extinctionem: qua deficiēte postea coactus est diuertere ad lineam Nathan: quia ex eo geniti erant regni successores, ut supe rius diximus libro secundo capite nono. Et Mattheus cum Luca cō uenit usq; ad Zorobabel. Sed quoniam ipse Zorobabel qui & Barachias filius Salathiel genuit duos filios, uidelicet Rhesa, qui dictus est Misciollam: & Abiud, qui dictus est Ananias: ideo Lucas prosequitur lineam Nathan per filium eius Rhesa usq; ad patrem Mariæ Virginis. & Mattheus eandem lineam prosequitur per filium eius Abiud usq; ad patrē Ioseph coniugis Mariæ Virginis. Itaque uterq; natus est ex semine Dauid per lineam Natham, sed per unum ramū scilicet per ipsum Rhesa nata est Maria: & per alterum ramum scilicet per ipsum Abiud natus est Ioseph. Hæc nobis ostendit Philo hebreus & ea uberrime declarat Ioannes Annius in commentariis su per breuiarium eiusdem Philonis. Hanc genealogiam etiam describit Petrus Galatinus libro septimo capite duodecimo contra Iudæos. Sed in hoc defecit, quòd contra ueritatem putauit duos fuisse Salathieles, & duos Zorobabeles, quod non probat, sed in hoc ipse facile improbari potest: quoniam linea Salomonis septima generatione defecit. & in eius generatione nullus Salathiel, neq; Zorobabel repe ritur. Neq; Ioseph potuit ex linea Salomonis descendere, quia per multos annos antea defecerat: sed ortus est ex linea Nathan per ipsum Abiud, sicut ex eadem linea Nathan orta est Maria, sed per ipsum Rhesa, uti iam diximus. Salathiel ergo: qui à Matthæo dicitur filius Ieconiæ, idem est cum Salathiele, qui à Luca dicitur filius Neri, quia idem uir dictus est Ieconias, Neri, Ioachin, & Helih, ut Philo testatur. Nam Ieconias, qui & Neri cognominatus est, in ipsa captiuitate genuit Salathiel, ex quo natus est Zorobabel, qui fuit dux populi mox soluta captiuitate, hoc est post septuaginta annos desolationis templi. Cum ergo Matthæus dicit, & post transmigrationē Babylonis Ieconias genuit Salathiel, non est intelligendum quòd soluta captiuitate genuerit eum, sed facta transmigratione in ipso captiuitatis tempore. Nec urget etiam argumentum Galatini dicentis plures generationes esse iuxta Lucā, & pauciores iuxta Matthæum quoniam descendentes ex Rhesa citius genuerunt: & geniti ex Abiud tardius eis concessum est genetare, ideo illi plures, isti pauciores numero fuerunt. Hanc rationem assignat Augustinus in sextodecimo libro de ciuitate dei, capite. 11. circa alias generationes

dicẽs. Non enim quia Heber sextus est à Noe, Nembrot autem quartus, ideo non potuerunt ad idem tempus conuenire uiuendo. Hoc enim contigit cum plus uiueretur ubi pauciores sunt generationes, minus ubi plures: aut serius nati essent ubi pauciores, maturius ubi plures. Si Petrus Galatinus totum breuiarium Philonis, & commentaria Ioannis Annii in eundem plene legisset: non utiq; in hunc incidisset errorem. Cætera uero, quæ ad hanc genealogiam pertinent, idẽ Galatinus recte declarat. Nulla argo dissonantia reperitur inter Matthæũ & Lucã: sed uterq; uerã Christi genealogiã rite descripsit.

De tempore uitæ Christi. *Cap. 2.*

IEsus Christus ex Maria Virgine nascitur anno ab orbe condito fere completo ter millesimo nongentesimo sexagesimo. 3960
A diluuio anno bis millesimo trecentesimo quarto. 2304
Ab Abraham anno bis millesimo duodecmo. 2012
A lege Moysi anno millesimo quingentesimo septimo. 1507
A templo Salomonis inchoato anno millesimo uigesimo septimo. 1027
Ab urbe Roma condita anno septingentesimo quinquagesimo secundo: cui anno deficiebant quatuor ferè menses. 752
A desolatione templi anno quingentesimo octogesimo septimo. 587
Hebdomada iuxta Danielis prophetiam sexagasimaquinta: anno eius sexto ferè completo. 65
Olympiade uero centesima nonagesimaquatta anno eius quartò inchoato per tres menses: hoc est à primo anno primæ olympiadis trã sactis annis. 775. & tribus mensibus. Ex quo patet error scriptoris in Martyrologio tã de hebdomada quàm de Olympiade in die natiuitatis domini: qui corrigendus esset, quoniam ponit in eis alium numerum à prædicto secundum publicam fidem probato. 194 775
Romæ imperante Cæsare Augusto anno imperii eius quadragesimo secundo, ut affirmat Eusebius. quod etiam confirmat Orosius, qui libro. 7 ait. Augusti Cęsaris postea q̃ imperare cœpit emenso propemodum anno. 42. natus est Christus. 24
Herode regnante in Iudæa anno regni eius. 32. qui fuit primus annus legitimi principatus eius, cum prius triginta & uno tyrannice regnasset, ut Philo testatur. Tunc ergo ablatum erat Regnum & Ducatus de Iuda iuxta patriarchæ Iacob prophetiam. Inchoauerat Maria uitæ suæ annum quintumdecimum, quando peperit Christum in hyemali solstitio: octauo calendas Ianuarii hoc est die. 25. De- 32

cembris:media uidelicet nocte præcedente ortum Solis diei Dominicæ. Nam anno quo Christus conceptus & natus est: litera dominicalis. B currebat: quæ in calendario Romano, quo utimur, annotatur die 25. Decembris. Antea uero nouem mensibus cum ageret Maria quartumdecimum annum, ex ea de spiritu sancto conceptus fuerat Christus octauo calendas Aprilis, hoc est die 25. Martii feria sexta, quoniam in calendario eo die annotatur litera. G. quæ tunc fuit feria sexta, quoniam. G. est sexta a litera. B. Conceptio autem Christi facta est anno tertio olympiadis. 194. in dimidio eiusdem tertij anni. Natiuitas uero eius fuit anno quarto eiusdẽ olympiadis inchoato per tres menses propè finem anni quadragesimisecundi Augusti Cæsaris, ut supra dictum est. A natiuitate autem domini anni uitæ ipsius enumerandi sunt. Et primus annus domini annotari debet anno quarto dictæ olympiadis cum anno 53. Cæsaris Augusti sibi concurrente. Octauo autem die a natiuitate domini, scilicet calendis Ianuarij mutata est litera dominicalis, & fuit. A. quæ deseruit anno primo uitæ Christi: & eo in die dominica circuncisus est puer Iesus. Et quamuis ecclesia Romana incipiat enumerare annos domini ab eius natiuitate: tamen Romani ciues transacta hebdomada a natiuitate eius annum incipiunt calendis Ianuarij, eo quò Iulius Cæsar tunc anni exordium fecerit: quod est tempus propinquum natiuitati Christi. Die uero sexta eiusdem mensis, & tertia decima ab eius ortu, quæ tunc fuit feria sexta, a Magis dominus adoratur. Die autem quadragesimo ab eius natiuitate, quæ fuit quarto nonas, hoc est die secunda Februarii feria quinta cum ibi signetur litera. E. quæ est quinta a litera. A. quæ illo anno fuit litera dominicalis: impleto tempore purgationis secundum legem Moysi, Maria filium præsentauit in templo. Deinde Ioseph admonitus in somnis ab angelo nocte consurgens accepit puerum & matrem eius, & secessit in Aegyptum: & erat ibi usque ab obitum Herodis: qui decessit anno trigesimo septimo regni sui. & tunc currebat annus quintus domini. Quinq; igitur integris annis mansit in Aegypto dominus: & sexto anno domini inchoato regnante Archelao Herodis filio: reductus est puer ex Aegypto in terram Israel.

Anno secundo iam inchoato a natiuitate domini Herodes uidens 2 quoniam illusus esset a Magis, qui per aliam uiam redierant in regionem suam, iratus ualde, uniuersos in Betleem paruulos a bima tu & infra iussit interfici. Tunc autem Christus in Aegypto existens non potuit cum aliis pueris occidi. Inter alios infantes iussit Hero-

des etiam interfici filium proprium ex uxore sua de tribu Iuda, quòd diceretur iam in lege promissus Christus natus, ut Philo affir mat. Dicit etiam Macrobius in secundo Saturnaliorum. Augustus cum audisset inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Iudæorum intra bimatum iussit interfici, filium quoq; eius occisum ait. Melius est Herodis porcum esse quàm filium. hæc ille. Hoc autem dixit, quoniam Iudæi porcinam carnem non comedunt. Putauit autem Augustus feliciorem porcum Herodis non occisum quàm filium eius morti traditum. Herodes igitur, cum regnasset annos triginta 5
septem morbo intercutis, atque scatentibus toto corpore uermibus miserabiliter & digne moritur. In cuius locum filius Archelaus ab 6
Augusto substituitur: & tetrarchæ fiunt quattuor fratres eius, Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus.

Anno duodecimo uitæ suæ currente, dominus Iesus ascendit cum 12
parentibus in Hierusalem ad celebrandum pascha: & completis diebus festiuitatis remansit puer Iesus in templo in medio doctorum audiens illos & interrogans: & post triduum a parentibus eum quærentibus repertus est. Eo anno luna quintadecima primi mensis, in qua celebratur pascha Iudæorum, fuit die uigesimosexto Martij in sabbato: quoniam ille annus fuit bissextilis in literis. C. B. & die uigesimosexto Martii signatur. A. litera, quæ est septima a dominicali. B litera secunda, quæ post literam C. peracto bissexto subsequitur in reliquis eiusdem anni mensibus. Archelaus anno regni sui nono in Viennam urbem Galliæ relegatur: & tunc Iudæorum principatum tenet Herodes tetrarcha annis uiginti quatuor, cuius primus annus annotatur cum anno domini quintodecimo. 15

Anno ab urbe condita septingentesimosexagesimo septimo, Augustus moritur: & Tiberius imperium recepit: cuius primus annus annotatur cum anno domini sextodecimo uidelicet anno tertio olym 16
piadis. 193. In codicibus Eusebij de temporibus uitio scriptorũ (ut puto) non rectè annotatur mors Augusti, & initium imperij Tiberii Cæsaris: quod nos emendauimus ex eodẽ Eusebio, qui dicit Christum passum anno Tiberii decimooctauo Ianno. uidelicet quarto olympiadis. 202. Si ergo retrocesseris per annos Tiberii, reperies primum annum eius debere annotari anno sextodecimo Christi: ut etiam sanctus Antoninus affirmat in chronicis suis, Eclipsis etiam, quæ annotatur in codicibus Eusebii prope mortem Augusti, describenda erat anno secundo Tiberii. Consyderandum est etiam, quod Eusebius in libro suo nõ signauit annos domini: sed ex annis olym-

piadum intelligi possunt. Qui autem librum eius primum impressioni dedit, adiuxit ibi annos domini incipiens ab āno tertio olympiadis. 94. cum incipere debuisset ab anno quarto .s. à natiuitate domini, unde sumuntur anni uitæ Christi. Hinc est quòd in prædictis libris impressis, āni domini, deinceps per ānos plures uno āno antecedunt: quos in nostro hco opere nos emēdatos descripsimus.

27 Anno dñi. 27. Pontius Pilatus ꝓcurator Iudææ à Tiberio mittitur.

30 Anni. 15. imperii Tiberii Cæsaris cum Iesu inciperet trigesimum annum, à Ioanne in Iordanis flumine baptizatur. 8. Idus Ianuarii hoc est die. 6. eiusdem. & quoniam eo anno currebat litera dominicalis. A. patet Christum baptizatum fuisse feria sexta, sicut eadē die Veneris fuerat infantia à Magis adoratus. Tunc ipse Iesus, ut dicitur Lucæ. 3. erat incipiēs quasi annorum. 30 quia impleuerat annum. 29. die. 25. precedentis Decembris & ipse inde baptizatus est die. 6. Ianuarii proxime sequētes, ut Romana celebrat ecclesia. Itaq; iam inceperat annum trigesimum spatio dierū. 13. Post baptismū ductus est in desertum, ubi ieiunauit. 40. diebus ac noctibus. & inde cæpit prædicationem suam. quam prolongauit confirmās eam stupendis miraculis tribus annis & totidem mensibus. Anno. 30. Christi iuxta computationē domini Pauli episcopi Forosemproniēsis in 7 libro secundæ partis: apud Iudæos paschalis mēsis oppositio, quā quintādecimam lunam uocant secundum mediū cursum, quo Hebrei utūtur ad ciuitatem sanctā Hierusalem, fuit die. 6. Aprilis in Iouis die, eo quòd eo āno litera dominicalis fuerit. A. quæ signatur in calēdario die. 2 Aprilis. Ergo die. 6. ubi signatur litera. E fuit. 5.

31 Anno domini. 31. luna. 15. paschalis mensis fuit die. 26. Martii & litera dominicalis G. quæ tunc fuit dies Lunæ.

32 Anno autem domini 31. luna. 15. paschalis mensis fuit die 13. Aprilis in dñica. qm̄ fuit annus bissextilis in literis. F. E. cū eodē die 13. signatur in calendario lra. E. quæ fuit pro eo tempore dñicalis.

33 Anno uero. 33. uitæ suæ inchoato per tres mēses & paulo amplius, dominus Iesus in cruce passus est uidelicet āno quarto olympiadis 202. Tunc quoq; currebat annus 18. Tiberi Cęsaris, authoribus, Eusebio, Hieronymo, Augustino, Eutropio, & Beda. Reprobātur in hoc Africanus & Tertullianus, qui dicunt Christum passum anno 15. Tiberi: quod est penitus falsum, & contra euangelicam ueritatem, cum Lucas dicat Christum baptizatum anno. 15. Tiberii & inde tribus annis & totidem mensibus, ut dictum est, prædicauerit. Quidam autem Græci putant Christum passum ulterius per annum

ſcilicet anno uitę ſuę. 34. inchoato per tres menſes decimo calendas Aprilis, hoc eſt die. 23. Martii, quia tunc fuit luna. 15. primi menſis. Nonnulli uero Latinorum partim ſecuti ſunt Gręcos putantes eum. 34. anno uitæ ſuæ paſſum, partim ab eis diſſentiunt dicentes eum paſſum. 8. calendas Aprilis, hoc eſt die. 25. Martii. Sed hi omnes proculdubio errauerunt, non ſolum contradicentes hiſtoriographis, ut recte nos per ipſos computauimus, ſed etiã ueritatẽ euangelicam deſtruẽtes. Nam iuxta euangelium Chriſtus nõ uenit legem ſoluere, ſed adimplere. Secundum ergo legem quę præcipit Exod. 12. ut comedatur agnus paſchalis luna. 14. primi menſis ad ueſperam: Chriſtus eadem. 14. luna, paſcha cum diſcipulis ſuis comedit iuxta legis edictum. Nam dicitur Lucæ. 22. Venit autem dies azimorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha &c. Tunc autem luna. 14. fuit feria quinta. Die uero ſequenti ſcilicet luna. 15. Chriſtus in cruce paſſus eſt feria ſexta, cum dicatur Marci. 15. Erat autẽ paraſceue, quod eſt ante ſabbatũ ſcilicet quando crucifixus eſt Duo ergo ſecundum ueritatẽ euãgelicã firmiter tenenda ſunt, uidelicet quòd Chriſtus paſſus eſt luna. 15. & quòd tunc erat feria ſexta, ut etiã ſancta Romana eccleſia celebrat Chriſti paſſionẽ die Veneris. Anno autem. 34. uitæ Chriſti quamuis luna. 15. primi menſis fuerit die. 23. Martii, ut Gręci computant: non tamen tunc fuit feria ſexta: ſed feria tertia, ut patet per tabulam literarum dominicalium quam abſoluto hoc opere domino concedente ſcribemus, & in tabulis ſequentibus annotabimus. Sic ergo Græci errauerunt conſiderantes tantum lunam & non feriam. Similiter defecerunt quidã ex Latinis prædictis, quoniam eo anno. 34. Chriſti non ſolum luna 15. nõ fuit. 25. die Martii, quæ tunc fuit luna. 17. ſed nec tunc fuit feria ſexta, ſed feria. 5. & ideo manifeſtus eſt eorũ error cõtra ſanctũ euangelium. Vt ergo ſaluemus euãgelicã ueritatẽ dicimus Chriſtũ paſſum anno. 33. uitæ ſuę inchoato, quia tunc fuit ſimul luna. 15. & feria. 6. Nã eo anno, 33. luna prima primi mẽſis fuit die. 20. Martii & luna paſchalis. 15. fuit die. 3. Aprilis Sole exiſtente in. 10. gradu Arietis, & luna ei oppoſita in. 10. gradu Libræ iuxta uera cõputationẽ ſecũdũ mediũ motũ, quo utunť Hebræi. Ego igiť die fuit feria 6. qm̃ eo anno fuit littera dñicalis. D. & die. 3. Aprilis aſſignať litera B. quę tunc fuit feria. 6. Sed euangeliſtæ non nominant diem tertiũ Aprilis, quia diſcipuli Chriſti non utebantur calendario Romano ſtabili & fixo ſicut modo nos utimur, ſed ſequebantur menſes lunares mobiles iuxta Hebræos, qui nominant dies menſis ab

ætate Lunæ. Et ideo passionis Christi diem secundum Lunam descrī pserunt. Quare iuxta menses Iudæorum lunares & mobiles Christus passus est die. 15. primi mensis, qui ab Hebræis dicitur Nisan. Hic autem primus mensis iuxta æquinoctium uernale, apud nos dicitur Martius, ut Romulus decreuit. Nam ipse est primus à Septēbri: Octobri & cæteris. Vnde illa fuit lunatio Martii: quæ partim fuit in Martio: partim in Aprili. Hinc orta est communis omnium opinio, quod Christus in Martio passus est: quia in lunatione Martii crucifixus est quæ est prima lunatio æquinoctii uernalis; licet ingrediatur mēsem Aprilis. Propterea celebrat ecclesia pascha resurrectionis dominicæ iuxta ordinem seruatum à Christo, scilicet quandoq; in Martio: quandoq; in Aprili iuxta lunæ motum, uidelicet in dominica sequente post quartādecimā Lunam primi mensis: & præcedenti feria sexta celebrat Christi passionem. Cōmunis etiam opinio fideliū est iuxta sētētiā Cyrilli, quòd Christus eo die passus est, quo & cōceptus. Quæ uera est si referatur ad diē hebdomadis: quia sicut feria sexta conceptus est: ita & eadem feria sexta passus est. Sed non est uera si referatur ad diem mensis: quia die 25. Martii conceptus: & die. 3. Aprilis passus est. Eo autem die, quo passus est dominus, Sol contra cursum naturæ eclipsim passus est, ut euangelia testātur à sexta uidelicet hora usq; ad nonam. Hanc mirabilem eclipsim uidit Dyonisius Areopagita in Aegypto existens ante suam conuersionem, ut ipse testatur in epistola ad Polycarpū. De qua eclipsi scripsit etiam Phlegon olympiadarum egregius supputator in. 14. lib. ita dicens. Quarto autē anno ducentesimæ secundæ olympiadis magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio Solis est facta, Dies hora sexta ita in tenebrosam noctem uersus, ut stellæ cœlo uisæ sint, hæc ille. Tertia uero die à sua passione, hoc est die dominica quinta de Aprilis Christus à mortuis resurrexit. Itaq; festum Sabbati seruatum prius apud Hebræos: postea cōmutatum est in sequentem diem, Dominicam apud Christi fideles propter dominicæ resurrectionis gloriam. Deinde. 40. die à sua resurrectione ascēdit in cœlum feria. 5. die 14 Maii. Demum. 24. die eiusdem mensis misit paracletum spiritum in discipulos in die pentecostes, quæ fuit quinquagesima dies à gloriosa eius resurrectione, & fuit dies Dominica, Vixit autem Christus annos trigintaduos menses tres: & dies decem. & uitam temporalem compleuit anno. 33. uitæ suæ. Ab incarnatione uero sua usq; ad mortē fluxerunt anni pleni trigintatres & dies decem, ut ex præcedenti computatione manifestum est.

EX annorum uera computatione, quam in secundo libro descripsimus facile cognoscere possumus mysterium hebdomadũ Danielis. c.9. impletum esse in Christo. Multi laborauerunt, ut hoc arduum mysteriũ cognoscerent: & inter se discrepãtes uaria & diuersa scripserunt, ut testatur Hieronymus in Danielis explanatione: pluresq; inter eos non potuerunt inuenire determinatum tẽpus tam exordii quàm termini earundẽ hebdomadum: quoniam secuti sunt uitiatas & corruptas chronographias. Nos autẽ secundũ præfatã emendatã rationẽ temporum has hebdomades facillime sic declaramus. Hebdomadem in diuinis literis duobus modis tantum accipi nouimus. Primo quidem pro numero septem dierum, ut scribitur Leuit.23. Numerabis septẽ hebdomadas plenas usq; ad alteram diẽ expletionis hebdomadæ septimæ, id est quinquaginta dies. Et Danielis.10. Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus. Secundo pro numero septem annorum Leuit.25. Numerabis quoq; tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septẽ, quæ simul faciunt quadragintanouẽ & c. Non describit Daniel.70. hebdomades dierum, quoniam diebus quadringentis nonaginta uaticinium eius adimpletum esset: quod nullo authore probatur: sed enumerat.70. hebdomadis annorum: quæ continent annos solares quadringentos nonaginta: ut ferè omnes approbant. Ad inquirendum autem quo tempore incipiant prædictæ hebdomades, consyderanda sunt tria tempora. Primum tempus est, quando hoc mysterium Danieli reuelatum est: quod mox fuisse dicimus extincta monarchia Babyloniorum interfecto eorum Rege Balthasare: & inchoata monarchia Persarum & Medorum anno primo Darii filii Assueri, ut scribitur Dan.9. capite. Secundum tempus est, quando Iudæis concessa est licentia solũ ædificandi tẽplum: ante constructionem ciuitatis Hierusalem: quod affirmamus fuisse anno primo Cyri Regis Persarum post Darii mortem, ut patet.1. Esdræ.1. & anno secundo fundatum est templum, ut scribitur 1. Esdræ.3. Completum est autẽ ædificium ipsius templi anno sexto Dari Longimani filii Prisci Artaxersis Assueri, ut scribitur.1. Esdræ.26. Hic Darius Longimanus dictus est etiam cõmuui appellatione Artaxerses: sicut imperatores Romani dicebantur Cæsares. Ab anno autem primo Darii & Cyri simul regnantium, quando soluta est captiuitas usq; ad annum.6. Darii Longimani fuerunt an

2 ni quinquaginta. Nam Darius & Cyrus ſimul tegnauerunt duobus
22 annis Cyrus inde ſolus uigintiduobus. Priſcus Artaxerſes Aſſuerus
20 uiginti. Anno uero ſexto Darii Longimani completum eſt templũ.
6 Ex quibus colliguntur ſimul anni. 50 A' quibus ſi demãtur quatuor
50 anni, hoc eſt duo Darii cum Cyro regnãtis, & duo Cyri ſolius imperantis, cum eiuſdẽ Cyri anno ſecundo iacta ſint fundamenta templi, ut dictum eſt: inde reſtant anni quadragintaſex; Quo tempore intermedio fabricatum eſt templum: Quare Iudæi dixerunt Io.2. Quadragiuta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc. Aliqui tamen putant duobus annis prius inceptum fuiſſe templum; ſed id reprobatur falſum ex eo quod iacta ſunt fundamenta templi anno ſecundo Cyri, non Darii, ut patet. 1. Eſdræ. 3. Tertium tempus eſt, quando data eſt licentia Iudęis ædificandi ciuitatem: quod fuiſſe dicimus poſt reædificatum templum annis tredecim penitus tranſactis, anno ſcilicet uigeſimo incipiente prædicti Darii Longimani. Tunc enim conceſſa eſt ab eo licentia Neemiæ reædificandi ciuitatem Hieruſalem, ut ſcriptum eſt Neemiæ ſecundo. Ex illo igitur tempore computandæ ſunt ſeptuaginta hebdomades prædictæ, ut manifeſte Danielis. 9 c eidem ab angelo exprimitur dum ait. Scito ergo. & animaduerte ab exitu ſermonis, id eſt à cõceſſa licentia ſermone Regis, ut iterum ædificetur Hieruſalem uſq; ad Chriſtũ ducẽ&c. Non enim dicit, ab exitu ſermonis tibi à Deo reuelati: nec ab exitu ſermonis, ut iterum ędificetur templum: ſed ab exitu ſermonis, ut iterum ædificetur Hieruſalem ciuitas, quæ poſt templum reædificata eſt. Et ideo non à reuelatione facta Danieli: nec à tẽpli reædificatione: ſed à licentia data ex ore Regis ad ædificandum iterum Hieruſalem. prædictæ hebdomades numerandæ ſunt: ſicut recte enumerat ſanctus Antonius in prima parte Chronicæ ſuæ titu. 3. cap. 8. Africanus autem (quem ſecutus eſt Beda) recte incipit enumerare ipſas hebdomades: ſed non uerum terminum eis poſuit: tũ ob mendoſas chuonicas, quibus uſus eſt; tum etiam quia diſtinxit annos duodecim lunationum, cum ſolares annos accipere debuiſſet. Hebræi enim utũtur annis ſolaribus. quia licet haheant annos lunares duodecim ſcilicet lunationum: tertio tamen anno habent tredecim lunationes: & ſic per emboliſmum reducuntur ad annos ſolares duo præcedentes luoares. Nicolaus uero de Lyra in prima ſua expoſitione ſuper Danielem recte incepit & compleuit. Sed poſt aliquod tẽpus, quia uſus eſt falſis chronicis, aliam expoſitionem non ſecundũ ueritatem compoſuit, Suæ autem retractationis non habuit ſufficiẽ-

tes rationes,non solumpropter ætatem Mardochæi, quam non putaui ita longæuam, ut peruenisset usq; ad annum duodecimum magni Artaxersis: Assueri: quãdo ab eo exaltatus est,ut patet Hester. 3. sedetiã propter mendosas chronicas,quas imitatus est.Facile autem eius rationes soluuntur. Nam de ętate Mardochæi fidelissime ita loquitur Philo hebræus in breuiario temporum.Mardochæus decem & octo annis ætatem Isaac seprauit.Isaac autẽ uixit annis centumoctoginta, ut scribitur Gene.35. Ergo Philo affirmat Mardochęum uixisse annos centum nonagintaocto. Sicut autem dicitur Hester.2.c.Mardochæus cum Ieconia in Babylone translatus est.Ieconiæ autem transmigratio facta est anno octauo magni Nabuchodonosor,ut scribitur.4.Reg.24. Tunc ferè impletus erat annus primus Olimpiadis.45. iuxta emendatam chronographiam Ioannis Annij & nostram. Ab anno autem primo ferè exacto prędictę.45. olympiadis usq; ad annum duodecimũ. Assuti magni Attaxetsis, qui fuit anno secũdo Olympiadis. 93. fluxerunt olympiades.48.& annus, unus, ex quibus consurgunt anni. 193. Mardochæus uero uixit annos.198. ut dictum est.Ergo excessit numerum prædictum annorum.193. annis quinq;. In ipsa igitur transmigratione Mardochæus potetat esse infans annorum quatuor uel trium uel duorum: uel eriam unius: quoniam ductisunt in Babylonem parentes cum filii tam adultis quam etiam infantibus. Si autem ductus fuisset in captiuitatem Babyloniæ anno.19. Nabucodonosor, quando facta est desolatio: tunc potuisset esse annorum.15. Si ueto translatus fuisset anno eiusdem Nabucodonosor.23. quando Nabuzardam princeps militię ipsius, transtulit animas Iudęorũ septingentas quadragintaquinq;, ut scribitur Hieremiæ ultimo:tunc potuisset esse annorum.19.Sed quomodocũq; hoc accipiatur,patet Mardochæum adhuc uiuentem esse anno.12.Assueri.Et sic soluta est ratio de ætate Mardochæi,quæ inualida est, nec erat necesse, ut tunc esset annorum.259.ut ex dictis patet. Mendosæ insuper chonographiæ fefellernnt. Nicolaũ de Lyra, ideo in secũda sua expositione, non recte initium hebdomadum Danielis statuit anno quarto Sedechiæ Regis:quando Hieremię reuelatum est captiuitatem Babylonicam duraturam annis.70. ut scribitur Hierem.28.&.29. Nam ab anno quarto exclusiue Ieconiæ:qui erat annus primus ferè completus olympiadis.46,usq; ad natiuitatem Christi: quę fuit completo anno tertio olympiadis.194. fluxerunt olympiades.148. & ulterius anni duo: ex quibus resultant anni quingenti nona-

gintaquatuor:qui superant numerum annorum .490. qui continentur in .70. hebdomadibus: & excedunt annis centum quatuor. Igitur si .70. hebdomades cōputandæ essent ab anno quarto Sedechiæ utiq; completæ fuissent annis centum quatuor ante Christi natiuitatem: quod non conuenit computationi suæ, cum dicat io Christi passione ipsas hebdomades terminum & finem habere. Prima ergo eius expositio magis ueritati consonat. Similiter deceptus est dominus Paulus Burgensis: qui secundam expositionem Nicolai de Lyra, & Raimundi & Martini sequitur quantum ad exordium harum hebdomadum: adiungēs rationibus Nicolai de Lyra rationem aliā facile solubilem. Dicit enim initium harum hebdomadū non posse rationabiliter assignari in aliquo tēpore sequente tēpus, quādo hęc reuelatio facta est Danieli .s. anno primo Darij, eo q̄ ipse Daniel nullam certitudinem habuisset de tempore, quo ea quæ petebat, im pleri debuerant. Sed hoc facile soluitur, si cōsyderetur tā reuelatio facta Hieremiæ de temporali solutione captiuitatis Babylonicę cō pletis annis .70. quām reuelatio facta Danieli de spūali liberatione ac redēptione humani generis per Christum in dimidio septuagesimæ & ultimæ hebdomadis annorum. Nam quarto anno Sedechiæ ipsi Hieremiæ reuelatum est tempus captiuitatis annorū .70. in Babyloniæ: nō tamen tunc uel antea incepit hoc tempus: sed postea septem annis, uidelicet undecimo anno Sedechiæ .&. 19. Nabuchodonosor, quando facta est desolatio templi. Tunc enim fuit horum annorum, initium ut idem Hieremias Pandit Hierem .25. & .34. ut supra libro .2. c. 11. diximus. & Daniel id etiam exponit. qui Dan. 9. c. ait. Ego Daniel intellexi in libris numerum annorū de quo factus est sermo domini ad Hieremiam prophetam, ut complerentur desolationis .70. anni. Non uocat eos annos transmigrationis: nec annos reuelati uerbi Hieremiæ: sed annos desolationis, idest à desolatione incipientes: qui completi sunt eo tempore quo destructa est monarchia Caldæorum per Darium & Cyrū. Similiter completis annis 70. captiuitatis Babylonicæ, Danieli reuelatum est tempus hebdomadum .70. quarum initium non fuit quando ei hoc reuelatum est: nec antea quādo Hieremiæ alia & diuersa reuelatio facta est de captiuitate Babylonica: sed post annos sexagintatres anno .s. 20. inchoato Darij Longimani, quando licentiam dedit ædificandi ciuitatem Hierusalem. Nam sicut initium annorum .70. reuelatum est Hieremiæ incipiendum postea à templi desolatione: ita & initiū hebdomadum .70. reuelatum est Danieli incipiēdum postmodum

ab eo

ab eo tempore, quo uerbo Regis egressura erat licentia ædificandi ciuitatem. Quod tẽpus futurum pro earum initio Angelus expresse ac manifeste insinuauit, cum dixit, ut scribitur Dan. 9. Scito & animaduerte ab exitu sermoni, ut iterum ædificetur Hierusalem &c. Quod ergo fuit Danieli futurũ, hoc nobis iam impletum cernitur. Nec erat necesse, ut Daniel usq; ad illud tempus ædificationis templi uiueret, quoniam angelus ita certum id initium futurum reuelauit, ac si tunc uita præsens existeret. Non enim semper prophetæ futura quæ prædicant uident impleta, dum uiuunt: sed aliis uidenda describunt: licet etiam aliqua ab eis prædicta quandoq; impleta cernunt, dum ipsi uitam ducunt. Nunc reuertamur ad ueram expositionem. Ab initio igitur uigesimi anni Darii Longimani dicti Artaxerxis numerus annorum prædictarum hebdomadum sumẽdus est usq; ad Christi passionem & completam humani generis redemptionẽ. Dicit ergo Angelus Danieli decisas & determinatas esse à Deo septuaginta hebdomades: quas in tres partes distinguit. scilicet in septem & in sexaginta duas: quæ simul iunctæ fiunt. 69. atq; adiungit in calce ultimam: ex quibus omnibus cõsurgunt. 70. hebdomades. Hanc autem ultimam hebdomadem diuidit per medium, dum ait quòd in medio huius ultimæ hebdomadis, deficiet hostia & sacrificium. Primæ igitur septem hebdomades, hoc est anni. 49. tempus continent, quo ciuitas Hierusalem ædificata & ampliata est. & liberatus est Iudæorum populus à periculo mortis: & exaltatus per Hester Mardochæum; hoc est à principio ultimi anni pontificis Iesus filii Iosedech, qui mortuus est in fine illius anni, quo iam fundata erat ciuitas. s. anno. 20. iam completo Darii Longimani usq; ad reliquos. 48. annos, quibus secundo fuit pontifex filius eius Ioachin: quo tempore Regina Hester ad Regnum exaltata populum suum à mortis periculo liberauit, ut in libro Hester scribitur. In hoc tempore impletæ fuerunt septem hebdomades, hoc est ãni. 49. ut ex dictis manifestum est. Deinde sexagintaduæ hebdomades post septẽ prædictas complentur in baptismo domini: quando apertum est cœlũ, & descẽdit spiritus sanctus super eũ: & uox patris intonuit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Tunc enim manifestatus est filius dei & dux populi uerus Christus à Deo inunctus. Vnde & Danieli ab Angelo dicitur. Vsq; ad Christum ducẽ, hebdomades septem & hebdomades sexagintaduæ erunt, quæ simul iunctæ fiunt. 69. hoc est anni quadringentiooctoginta tres. Si ergo computaueris annos ab eo tempore quo mortuo Ioachin pontifice, ac-

cepit pontificatum Eliasib usq; ad Christi baptismū completo anno domini.29. reperies interfuisse sexagintaduas hebdomades,hoc est annos.434.Nam ab Eliasib pontifice ad Alexandrum magnū
79 fuerunt anni. 79. Ab Alexandro ad Iudam Machabæum. 164. A'
164 Iuda ad Christi natiuitatem.162. ut superius ex lib. 2. patet. Qui-
162 bus adduntur anni.29.uitæ Christi usq; ad eius baptismum . Om-
29 nes igitur simul collecti fiūt anni.434. Denique ultima hebdomas
434 usq; ad eius dimidium spectat ad Christi prædicationem: & salutis humanæ redemptionem , quæ completa sunt per ipsum Christum dimidio hebdomadis,hoc est annis tribus cum dimidio. Quo tempore dominus Iesus ꝑdicauit, miracula fecit , passus est , resurrexit, ascendit in cœlum , & spiritum paracletum in filios adoptionis effudit . Itaq; in dimidio huius hebdomadis ultimæ defecit hostia & sacrificium ueteris legis per Christi mortem , dum ipse obtulit se Deo hostiam & sacrificium in ara crucis , in qua consumata sunt omnia , cum ipse in cruce dixerit . Consumatum est,scilicet mysterium humanæ redemptionis in lege prædictum & præfiguratum . Sed & plenissime defecit hostia ueteris legis in die pentecostes, cū Apostoli induti sunt uirtute exalto, uisibili missione spiritus sancti: quod fuit indimidio huius hebdomadis , uidelicet anno Christi trigesimotertio in dimidio currente . Residuum uero huius ultimæ hebdomadis pertinet ad prædicationē Apostolorum in ipsa Iudæa antequā per totum orbem diffunderentur : quæ impleta est tribus annis & dimidio hoc est usq; ad. 36. annum domini penitus completum.qui erat uigesimusprimus annus Tiberii Cæsaris:& uigesimus secundus Herodis Tetrarchæ : qui Iacobum fratrem Ioannis gladio interfecit.Si ergo computaueris annos ab ædificatione Hierusalem : cuius fundamenta iacta sunt in principio anni secundi olympiadis.81.qui erat annus. 20. Darii Longimani : & computationem deduxeris usq; ad annum domini.36.qui completus est anno.3.desinente olympiadis.203.reperies intercessisse olympiades centumuigintiduas & dimidiam : ex quibus consurgunt anni. 490. hoc est hebdomades integræ septuaginta.Si quis autem per has hebdomades uoluerit Iudæos conuincere ex traditione Talmudistarū: quæ ab eis recipitur licet falsum in annorum computatione contineat:poterit has hebdomades inchoare à quarto anno Sedechiæ , sicut Petrus Galatinus computat contra eos libro. 4. c. 15. &. 16. nonquidem ad rei ueritatem comprobandam:sed ad eorum proteruiam refellendam · Vnde iuxta eam traditionem , quam ipsi ueram

putant, ille ostēdit has hebdomades in Christi morte completas. Qui vero per appprobatas chronographias de his hebdomadibus ueram inuenire cupit rationem, oportet ut earum annos enumeret ab initio uigesimi anni Darii Longimani usq; ad completam per Christum humani generis redemptionē: sicut & facit idem Petrus Galatinus in eodem. 4. libro capite. 16. qui computat. 69. hebdomades cum dimidia, hoc est annos. 486 & dimidium ab eo tempore ad Christi passionem. Licet autem præfatus Galatinus totā summam annorum simul integram uere complectatur; in hoc tamen defecit, quòd proprios annos singularum regum Persarum: & regum Alexandriæ Aegypti non exprimit iuxta probatam ueritatem: sed uni Regi plures, alteri pauciores annos ad libitum tribuit; summam tamen annorum, ut diximus, recte concludit. Si enim legisset Metasthenem Persam publice fidei autorē. & Ioannis Annii emēdatam chronographiam: unicuiq; proculdubio Regi Persarum: & Alexandro magno, ac cæteris Regibus Aegypti, attribuisset proprios annos: quos nos collegimus superius libro. 4. c. 2. Ee quibus patet quòd ab initio uigesimi anni Darii Longimani ad Alexandrum fuerunt anni. 128. Ab Alexandro ad mortem Cleopatræ anni 128
297. Inde uero usq; ad Christi passionem anni sexaginta & unus & 297
ferè dimidium. Ex quibus consurgunt anni. 486. & dimidium qui 61
continentur in hebdomadibus. 69. & dimidia in qua defecit hostia 486
& sacrificium per Christi mortem.

Liber octauus de Romanis Pontificibus.

PROLOGVS

CHristus assistens pontifex futurorum bonorum, reliquit suum primum uicarium in terris pontificem maximum Petrum Apostolum: Post quem plures alii sucesserunt: de quibus in hoc octauo libro dicēdum est In hac tamen descriptione Romanorum pontificum non sequimur Eusebium eo quòd intermittat duos pontifices martyres de catalogo pontificum scilicet Cletum, & Marcellum. Nam loco Cleti annotat Anacletum ante Clementem; cum tamen Cle-

tus Romanus immediate præcesserit Clementē: & Anacletus Græcus mox post Clementem successerit: ut manifeste apparet ex pontificali Damasi Papæ: qui sequitur publicam & probatam fidem annalium Romanę ecclesiæ, cui præsidebat. Sic etiam in canone Missæ ordinatæ Lini Cleti Clementis memoria recolitur. Omittit etiam Eusebius Marcellum pontificem martyrem: qui Marcellino immediate successit, ut patet in eodem pontificali Damasi. Non est mirū Eusebium in hoc defecisse eo quòd suo tempore nōdum erat editus prædictus Damasi pontificalis. Postea enim Hieronymus presbyter, qui transtulerat Eusebium de temporibus: & hunc eius errorem reperterat: rogauit eūdem Damasum per literas, ut ederet librum pontificum Romanorum: quod & fecit. Itaq; propterea circa ordinem & numerum pontificum non Eusebium, sed Damasum sequimur. Considerandum est etiam quòd inter duos pontifices martires .s. Felicem primum: & Euthicianum quidam scriptores ponunt Marcū confessorem non martyrem. & dicunt eum sedisse annos .8. menses duos, dies decem, & sepultum esse Romæ in ecclesia, ubi fuerat presbyter ordinatus. Sed hoc est contra authorem publicæ fidei.s. Damasum, qui illus non meminit in catalogo pontificum. Magis enim creditur, quātum ad hoc, Damaso pontifici, qui de archiuis ecclesiæ Romanæ id accepit. q̄ cæteris scriptoribus qui per opiniones ad libitum scripserunt. Nec obstat quòd aliqui dicunt hunc Marcum intermissum ex eo quòd non fuerit martyr. quoniam in eodem pontificali Damasi describuntur non solum pontifices martyres, sed etiā alii confessores. ut patet de Syluestro & Marco, qui ei successit & de aliis pluribus. Ex eo etiam quod dicunt illum sedisse annos octo, patet hoc tempus esse confictum, quoniam Felix & Euthicianus sederunt tempore Aureliani imperatoris, ut scribit Damasus. Aurelianus autem imperauit annis quinq; & mēsibus sex, ut dicit Eusebius & Eutropius. Impossibile est ergo, ut inter Felicem & Euthicianum fuerit pontifex, qui sederit annis .8. Vnde nos putamus ipsum fuisse presbyterum: uel si fuit pontifex, possumus dicere ipsum fuisse pontificem.i.episcopum alterius diœcesis, & Romæ defunctum iacere. Licet autem in pontificali Damasi recte describatur ordo & numerus Romanorum pontificum, tamen uitio scriptorum, numeri annorum, mensium, & dierum deprauati sunt. Ab aliis etiam authoribus post Damasum, uidelicet ab Anastasio bibliothecario, à Martino, Vincentio, Antonino, Matthæo Palmerio, Platina, & Cartusiensi in fasciculo temporum tanta inter se diuersitate & dissonātia descri-

buntur eorundem pontificum tempora, ut uix ex eis ueritas cognosci possit. Nos autem ad emendatione ipsorum temporum collegimus ea sigillatim in annis mēsibus &. diebus ex Martyrologio & aliis authoribus & libris antiquis emendatis simul collatis ad ipsum, ingenti ac maximo labore atq; sudore, ita ut quandoq; noctes fere duceremus insomnes ad inuestigandum non solum annorum & mensium, sed etiam dierum singula tempora.

Sequuntur ipsi pontifices Romani.

1 PEtrus apostolorū princeps natione Galilæus post Christi resurrectionem ab eo institutus est uicarius ipsius, & summus ecclesiæ pastor pontifex, cum ei tunc à domino dictum sit, pasce oues meas. Mansit primo Petrus in Iudæa, deinde fundauit ecclesias Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, ut ex eius prima epistola canonica manifeste apparet, quous q; impleretur quintus annus à resurrectione domini. Deinde Antiochenam fundauit ecclesiam anno domini.38, Ibiq; cathedrā adeptus sedit annos septem. Deniq; Romam ueniens anno domini 45. ibidem sedit annos .25. menses duos & dies tres, ut scribitur in pontificali Damasi. Si autem computemus totum tempus sui pontificatus à Christi resurrectione, quæ ut libro.7.dictum est, fuit die.5 Aprilis usque ad ipsius martyrium: quod fuit die .29. Iunii. inuenie mus omnes pontificatus eius esse annos trigintaseptem : menses duos, & dies uigintiquatuor, cum à prædicto die .5. Aprilis usque ad diem.29.Iunii intermedii sint præfati dies.24.& menses duo supra.37.annos. peruenit autem usque ad annum domini septuagesimum: ut ex dicta computatione probatur.

2 Linus Thuscus ex Volaterra ciuitate Thusciæ, ut Raphael Volaterrannus affirmat: patre Herculano è domo Maurorum: sedit annos undecim, menses duos: dies uigintiquatuor usque ad diem.23 Septembris anno domini octogesimo primo.

3 Cletus Romanus sedit annos undecim: menses septem: dies tres usq; ad diem.26.Aprilis anno domini.93. Vacat sedes diebus. 20

4 Clemens primus Romanus sedit annos nouem, menses sex, dies septem, usque ad diem.23. Nouembris anno do.102. Vacat sedes d.21

5 Anacletus Grecus Atheniensis sedit annos nouem, menses sex, dies 29.usque ad diem.13. Iulii anno domini.112. Vacat sedes.d.13

6 Euaristus Grecus ex patre Iudæo nomine Iuda, de ciuitate Betleē, sedit annos nouem, mēses tres, diem unum usque ad diem.26. Octo-

bris anno domini .121. Vacat sedes diebus .19.

7 Alexander primus Romanus, sedit annos septẽ menses, quinq; dies .19 usque ad diẽ 3. Maij anno domini.129. Vacat sedes diebus.25.

8 Xystus primus Romanus sedit annos nouem: menses decem, dies.9. usque ad.d.6. Aprilis anno domini.139. Vacat sedes.d.2.

9 Thelesphorus Græcus ex Anacorita sedit annos decem, menses.8.d. 27.usque ad d.5.Ianuarii an.do.150.Vacat sedes d.7.

10 Iginus Græcus Atheniensis ex philosopho sedit annos quatuor. di em.1.usq; ad d.11.Ianuarii an.d.154. Vacat sedes d.3.

11 Pius primus Italus de ciuitate Aquileia sedit annos nouem. menses .5.d.27 usq; ad d.11.Iulii an.do.163 Vacat sedes d 17.

12 Anicetus Syrus sedit annos.9. men.8.d.19 usque ad diẽ.16.Aprilis anno domini .173. Vacat sedes diebus.17.

13 Soter Campanus è Fundis sedit annos 9.d.20. usque ad diem .23. Maii an do.182.Vacat sedes d.21.

14 Eleuterius Græcus de oppido Nicopoli sedit an .14. menses .11.d. 8.usque ad diem. 25.Maii an do.197. Vacat.se.d.5.

15 Victor primus Afer sedit annos .9. men .10. & d.21.usque ad d.20. Aprilis anno domini .207. Vacat sedes d.12.

16 Zepherinus Romanus sedit an.7.d.17.usque ad d.26.Agusti an.domini.214. Vacat sedes d.6.

17 Calistus primus Romanus sedit an.6.men.unum.d.13. usque ad diẽ 14.Octobris anno d.220.Vacat sedes d.6.

18 Vrbanus primus Romanus sedit an.4. men .7.d.5.usque ad d.25. Maii anno domini.225. Vacat.sedes d.30.

19 Pontianus Romanus sedit an.9. men.4.d.26. usque ad d.20. Nouembris an.d. 234. Vacat sedes d.10.

20 Antherus Grecus sedit an.5. men.1.d.3. usque ad d.3.Ianuarii anno d.239. Vacat sedes d.13.

21 Fabianus Romanus sedit an.13.d.4. usque ad diem.20.Ianuarii ãno domini.252.Vacat sedes d.7.

22 Cornelius Romanus sedit an.2.m.7.di.18.usque ad d.14.Setembris an. do.254. Vacat sedes d.35.

23 Lucius primus Romanus sedit annos. 2.m.10.d.6.usque ad diem.25. Augusti anno domini .257. Vacat sedes d.35.

24 Stephanus primus Romanus.sedit an.7.m.10.d.unum:usq; ad diem 2.Augusti anno d.265.Vacat sedes d.22.

25 Xystus.2.Græcus & philosophus sedit an.unum.m.11.d.13.usque ad diem.6.Augusti anno d .267. Vacat sedes d. 35.

26 Dionysius monachus sedit an.6.m.3.d.17.usq; ad diem. 26. Decembris an.d.273.completo. Vacat sedes d.5.

27 Felix primus Romanus sedit annos.2.mē.4.d.30.usq; ad d.30 Maii an.d.275. Vacat se.d.5.

28 Euthicianus Thuscus de ciuitate Lunæ sedit an.unum mē.6.d.4.usq; ad.d.8.Decembris an d.276.Vacat se.d.8.

29 Gaius Dalmatinus ex genere Diocletiani imperatoris se.an.10.m.4.d.7.usq; ad d.22. Aprilis an.d.287.Vacat se.d.11.

30 Marcellinus Romanus sedit an.6.m.1.d.23.usq; ad d.26. Aprilis an.d.294 ex persecutione maxima Diocletiani. Vacat sedes an. 7. m.6.d.25.usq; ad d.20. Nouembris anno domini trecentesimo primo.

31 Marcellus Romanus sedit an.5.m.unum.dies.27.usq, ad d.16.Ianuarii,anno domini.307.Vacat sedes d.20.

32 Eusebius Græcus sedit an.3.men.7.d.27.usq; ad d.2.Octobris anno d.310.Vacat se.d.7.

33 Melchiades Afer sedit an 4.men.2.dies duos usq: ad d. 11. Decembris an.d.314. Vacat se.d.16.usq; ad diem.27.Decembris incipiente anno domini.315.Omnes præfati.33.pontifices martyrio coronati sunt.

34 Syluester primus Romanus sedit annos.23.d.4.usq; ad d.31.Decembris,anno d.338.Vacat se.dies.15.

Eius tempore anno dñi. 322. congregatum est conciliū Nicenum.

35 Marcus Romanus sedit an. 2. men. 8. d. 23. usq; ad diem. 7. Octobris anno domini.340.Vacat sedes.d.20.

36 Iulius primus Romanus sedit an.15.men.5.di.16. usq; ad di. 12. Aprilis anno d.356.Vacat se.d.25.

37 Liberius Romanus sedit prius canonice annos 6.men.3.d.4. usq; ad annum domini.362.& missus est in exilium à Constantio : & anno postmodum tertio reuocatus est in pontificatum.

38 Felix secundus interim sedit annum unum.m.3.d.2.usq; ad an. do. 364.qui & martyrio coronatur die.29.Iulii.

Liberius inde:qui à quibusdam dictus est Leo, hæresi Arrianæ consentiens sedit annos sex usq: ad annum domini.369.

Hactenus ex pontificali Damasi:hinc ex Anastasio bibliothecario. & Prospero pontifices describemus.

33 Damasus primus Hispanus sedit an.18 m.3.d.11.usq; ad d.11. Decembris anno d. 387. Vacat sedes d. 21. Sedit autem regnantibus Valentiniano & Valente imperatoribus : licet aliqui uelint

Damasum sub Iuliano papam factum: tamen id ex supputatione annorum destruitur, cum Damasus usq; ad Theodosii perueuerit tēpora. Nā pſente Damaso & Theodosio Costantinopolitanum Conciliū cōtra Macedoniū indictū est, ut Ioannes Naucleris affirmat.

40 Siricius Romanus sedit an. 14. men. 3. d. 23. usq; ad d. 24. Aprilis anno domini. 401. Vacat sedes d. 2.

41 Anastasius primus Romanus sedit an. 3. diem unum usq; ad d. 27. Aprilis anno dñi. 404. Vacat sedes d. 21.

42 Innocentius primus Albanus sedit an. 15. m. 2. d. 11. usq; ad di. 28. Iulii anno dñi. 419. Vacat sedes d. 22.

43 Zosimus Græcus sedit an. 2. m. 6. d. 4. usq; ad d. 23. Februarii anno dñi. 422. Vacat sedes d. 11.

44 Bonifacius primus Romanus sedit an. 3. m. 7. usq; ad d. 25. Octobris anno domini. 425. Vacat sedes d. 9.

45 Cœlestinus primus Campanus sedit an. 8. men. 5. d. 3. usq; ad d. 6. Aprilis anno dñi. 434. Vacat sedes d. 21.

46 Xystus. 3. Romanus sedit an. 9 d. 19. usq; ad d. 16. Maii anno dñi. 443. Vacat sedes d. 20.

47 Leo primus Thuscus sedit annos. 20. men. 10 d. 6. usq; ad d. 11. Aprilis anno dñi. 464. Vacat sedes. d. 7.

48 Hilarius Sardus sedit an. 6. m. 10. d. 3. usq; ad d. 21. Februarii anno domini 471. Vacat sedes d 10.

49 Simplicius Tiburtinus sedit an. 15. usq; ad d. 3. Martii anno dñi. 485. Vacat sedes d. 6.

50 Felix. 3. Romanus sedis an. 6. m. 11. d. 12. usq; ad d. 21. Februarii anno dñi. 494. Vacat sedes d. 5.

51 Gelasius primus Afer sedit an. 6. m. 10. d. 24. usq; ad d. 22. Ianuarii anno dñi. 499. Vacat sedes d. 7.

52 Anastasius. 2. Romanus sedit annum unum m. 9. d. 21. usq; ad d. 19. Nouembris anno dñi. 501. Vacat sedes d. 4.

53 Simacus Sardus sedit an. 15. m. 7. d. 26. usq; ad d. 19. Iulii anno dñi. 517. Vacat sedes d. 7. Schisma fuit inter ipsum & Laurentiū, Sed præualuit Simacus primo à maiori parte electus.

54 Hormisda Campanus sedit an. 9. d. 11. usq; ad d. 6. Augusti anno domini. 526. Vacat sedes d. 8.

55 Ioannes primus Thuscus sedit an. 2. m. 9. d. 14. usq; ad d. 28. Maii anno dñi. 529. Vacat sedes men. 2. d. 28.

56 Felix. 4. Samnius sedit an. 4. m. 1. d. 17. usq; ad d. 12. Octobris anno dñi 533. Vacat sedes d. 3.

57 Bonifacius.2. Romanus ſedit annum unum. m. 11.diẽ unũ uſq; ad d. 16.Septembris anno dñi.535.Vacat ſedes m.2.d.15.

58 Ioannes. 2. Romanus ſedit annum unum ; m. 5.d. 26.uſq; ad .d.27 Maii anno domini.537.Vacat ſedes d.6.

59 Agapitus primus Romanus ſedit annum unum;m.3 d.15. uſq; ad d. 17.Septembris anno dñi.538.Vacat ſedes.m.1.d.28.

60 Siluerius Campanus ex patre Hormiſda epiſcopo Romano ſedit an. 1.m.7.d.3.uſq; ad d.20 Iunii an.do.540.Vacat ſe.d.6.

61 Virgilius Romanus ſedit an.16.men.6.d.26.uſq; ad d. 22. Ianuarii anno d.557.Vacat ſedes men.3.d.5.

62 Pelagius primus Romanus ſedit an.4.m.10.d.18.uſq;ad d.15.Martii anno d.562.Vacat ſedes men.3.d.26.

63 Ioannes.3.Romanus ſedit an.12 men.11.d.26.uſq;ad d.5.Inlii anno d.575.Vacat ſedes men.10.d.3.
Sedis uacatio peruenit ad annum dñi.576.

64 Benedictus primus Romanus ſedit an.4.men.2.d. 12. uſq; ad d. 20. Iulii anno d.580.Vacat ſedes d.10.

65 Pelagius.2.Romanus ſedit an.11.m.2.d.10.uſq; ad d. 2. Septembris anno d.591.Anno eius.10 aquarum maxima inundatio fuit : & ſequenti anno peſtis ingens qua percuſſus Pelagius obiit.

66 Gregorius.1.Romanus ſanctiſſimus & toti eccleſiæ notiſſimus ſedit an.13.m.6.d.10.uſq; ad d.12.Martii an.d.604.V.ſ.m.5.d.18.

67 Sabinianus Thuſcus ſedit annum unum men.4.d.23.uſq; ad d.22.Februarii anno d.606.Vacat ſedes men.11.d.26.

68 Bonifacius.3.Romanus ſedit men.8.d.20.uſq; ad d. 12. Nouembris anno dñi.607.Vacat ſedes m.1.d.6.

69 Bonifacius.4 Marſus ſedit an.6.men.5.d.7.nſq; ad d.25. Maii anno d.614.Vacat ſedes m.4.d.22.

70 Deus dedit Romanus ſedit an.3.d.23.uſq; ad d.8. Nouembris anno d. 617.Vacat ſedes men.1.d.16.

71 Bonifacius.5.Neapolitanus ſedit an.4.men. 10. diem unum uſq; ad diem 25.Octobris anno d.622 Vacat ſedes d.16.

72 Honorius. 1.Cãpanus ſedit an.11.m.11.d. 3.uſq; ad d. 13. Octobris an. d.635.Vacat ſe.ãno uno men.7.d.18.uſq; ad an d.637.

73 Seuerinus Romanns ſedit annũ unum m.2.d.4. uſq; ad d. 4. Auguſt anno dñi 638.Vacat ſedes men.4.d.29.

74 Ioannes.4.Dalmata ſedit annum unum men. 9. d. 10. uſq; ad d. 12. Octobris anno dñi.640.Vacat ſedes men.1.d.13.

75 Theodorus primus Græcus ex patre Theodoro epiſ. ex ciuitate Hie

rosolima sedit an.6.m.5.d.19.usq; ad d.14. Maii anno domi. 647. Vacat sedes mense uno d.22.
76 Martinus primus Tudertinus sedit annos.6.men.4.d.4.usq; ad d.10 Nouembris anno d. 653. Ignorata morte eius in exilio uacauit sedes an.uno:men.2.usq: ad an.d.654.
77 Eugenius primus Romanus sedit an. 2.men.6.d.15.usq; ad d.2. Iunii anno d.657.Vacat sedes m.1.d.4.
78 Vitalianus Campanus sedit an. 14.m.6.d.2.usq; ad d.27.Ianuarii anno d.672. Vacat sedes men.2.d.13.
79 Adeodatus Romanus sedit an.4.m.2.d.17.usq; ad d.26.Iunii anno d.676.Vacat sedes men.4.d.15.
80 Donus primus Romanus sedit an. 2.men.5.usq; ad d.10. Aprilis anno d.679.Vacat sedes men.2.d.15.
81 Agatho Siculus sedit an. 2.m.6.d.15.usq; ad.d.10. Ianuarii anno d. 682 Vacat se.6.an.uno:m.7.d.5.ad an.d. 683.
82 Leo. 2.Siculus sedit men. 10.d.18.usq; ad d.3.Iulii an. do.684. Vacat sedes m.11.d.22.usq; ad an.d.685.
83 Benedictus.2.Romanus sedit m.10.d.13 usq; ad d.8. Maii anno do. 686.Vacat sedes m.2.d.15.
84 Ioannes.5. Antiochenus sedit annum unum d.10.usq; ad d.2. Augusti anno d.687.Vacat sedes.m.2.d.18.
85 Conon Tracianus sedit men.11.d.3.usq; ad d. 22. Septembris anno d.688. Vacat sedes m.2.d.23.
86 Sergius primus Syrus ex ciuitate Antiochia sedit an. 12. men. 8. d. 22.usq: ad d.9.Septembris anno d.701.Va.se.m.1.d.20.
87 Ioannes.6.Græcus sedit an. 2. m.2.d. 12. usq; ad d.9. Ianuarii anno domini.704.Vacat sedes m.1.d.18.
88 Ioannes.7.Græcus sedit an.2.m.7.d.19.usq; ad d.18.Octobris anno domini.706.
89 Sisinius uel Sosimus Syrus sedit dies.20.usq; ad diem.6.Nonembris. Vacat sedes men.uno.d.28.
90 Constantinus Syrus sedit an.7.m.1.d.7.usq; ad die.10.Februarii ãno d.714.Vacat sedes m.1.d.10.
91 Gregorius.2.Romanus sedit an.15.m.10.d.22.usq; ad diẽ.11.Februarii anno dñi.730.Vacat sedes m.1.d.5.
92 Gregorius.3.Syrus sedit an.10.m.8.d.27.usq; ad d. 28. Nouembris anno d.740.Vacat sedes d.8.
93 Zacharias Græcus sedit an.10.m.3.d.9.usq; ad d.15.Martii anno domini.751.Vacat sedes d.12.

94 Stephanus.2. Romanus ſedit an.5.d.29.uſque ad d.26.Aprilis anno d.756.Vacat ſedes.d.22.
95 Paulus primus Romano ſedit an. 10.m 1. uſque ad d. 18. Iunii an. do.766.Ex Conſtantino intruſo. Vacat ſedes anno .1.m.1. uſque ad diem.18. Iulii.anno domini.767.
96 Stephanus.3.Siculus ſedit an.3.m.5.d.27. uſque ad d.14. Ianuarii anno d.771. Vacat ſedes d.9.
97 Adrianus primus Romanus ſedit an. 23.m.11.d.3. uſque ad d.26. Decembris anno domini.795.Vacat ſedes d.17. hucuſq; ex pontificali Romana Sequentes uero ex Matthæo Palmerio & Platina iuxta emendationem.
98 Leo.3. Romanus ſedit an.20.men.5.uſque ad diem.12.Iunii anno domini octingenteſimo quintodecimo.
99 Stephanus.4 Romanus ſedit m.7.uſque ad diem.22. Ianuarii anno domini octingenteſimo ſextodecimo.
100 Paſchalis.1. Romanus ſedit an .7.m.3. d.16. uſque ad an .do. 823.
101 Eugenius.2. Romanus ſedit an.3. uſque ad an.d.826:
102 Valentinus Romanus ſedit dies.40.
103 Gregorius.4 Romanus ſedit an.16. uſque ad an.d.842.
104 Sergius.2.Romanus ſedit an.3.Vacat ſedes men.2.d.15. uſque ad annum domini. 845.
105 Leo.4.Romanus ſedit an.8.m.3.d.6.uſque. ad d.17.Iulii anno do. 853.Vacat ſedes m.2.d.15.
Ioannes Anglicus fœmina ſedit an.2.m.1.d. 4. Non ponitur in catalogo pontificũ, & ideo tunc ſedes fuit vacans uſq; ad an.d.855.
106 Benedictus 3. Romanus ſedit an .3. m.6.d.9. uſque ad annum domini.858.
107 Nicolaus.1.Romanus.ſedit an.9.m.9.d.3.uſq; ad an.d.868.
108 Adrianus.2.Romanus.ſedit an.5.m.9.d.12.uſq;ad an.d.873.
109 Ioannes.8.Romanus ſedit an. 10.d.2.uſq; ad an.d.883.
110 Martinus.2.Gallus ſedit an.1.m.5. uſq; ad an.d.885.
111 Adrianus. 3.Romanus ſedit an.1.m.2.uſq; ad an.d.886.
112 Stephanus.5. Romanus ſedir an.6.d.11. uſq; ad an.d.892.
113 Formoſus ſedit an.5.m.9. uſq; ad annum domini.898.
114 Bonifacius.6. Thuſcus ſedit dies uigintiſex.
115 Stephanus.6.Romanus ſedit an.1.m.3.uſq; ad an.d.899.
116 Romanus patria Romanus ſedit m.3.d.22.
117 Theodorus.2.Romanus ſedit dies uiginti.
118 Ioannes.9.Romanus ſedit an.2.d.5.uſq; ad an.d.902.

119 Benedictus.4 Romanus sedit an.3.m.4. usque ad an.d. 905
120 Leo.5. sedit dies quadraginta.
121 Christophorus sedit menses septem.
122 Sergius.3. Romanus sedit an.7. m.4.d.16. usq; ad an.d. 913
123 Anastasius 3. Romanus sedit an.2.m.2 usque ad an.d. 915
124 Lando Romanus sedit men.6. usque ad an.d. 916
125 Ioannes.10. Romanus sedit an.13.m.2.d.3. usque ad an.d. 929
126 Leo.6.Romanus sedit m.7.d.15.usq; ad an.d. 930
127 Stephanus.7. Romanus sedit an.2.m.1.d.12.usq; ad an.d. 932
128 Ioannes.11.Romanus sedit an.4.m.10.d.15.usq; ad an.d. 937
129 Leo.7.Romanus sedit an.3.m.6.d.10.usq; ad an.d. 940
130 Stephanus.8.Germanus sedit an.3.m.4.d.12.usq; ad an.d. 943
131 Martinus.3. Romanus sedit an.3.m.6.d.10.usq; ad an.d. 946
132 Agapitus.2.Romanus sedit an.7.m.4.d.10.usq; ad an.d. 953
133 Ioannes.12.Romanus sedit an.8.m.3.d.5.usq; ad an.d. 962
134 Benedictus.5.Romanus.sedit men.6.d.5.
135 Leo.8. Romanus sedit an.1.m.4.usque ad an.d. 964
136 Ioannes.13. Romanus sedit an.7.m.11.d.15. usq; ad an.d. 972
137 Benedictus.6.Romanus sedit an.1.m.6.d.10.usq; ad an.d. 974
138 Donus.2.Romanus.sedit an.1.usque annum domini 975
139 Bonifacius.7.sedit men.7.d.5. Vacat sedes.d.20.
140 Benedictus.7.Romanus sedit an.8.m.6. usque ad an.d. 983
141 Ioannes.14.sedit men.8. usque ad annum.domini. 984
142 Ioannes.15. Romanus sedit menses quatuor.
143 Ioannes.16.Romanus sedit an.10.m.6.d.10.usque. ad an.d. 994
144.Gregorius.5.natione Saxo sedit an.2.m.5. usque ad an.d. 996
145 Ioannes.17. Grecus sedit m.10.usque ad annum domini. 997
146 Siluester.2. Gallus sedit an.4.m.1.d.10.ad an.d. 1001
147 Ioannes.18.ignobilis sedit men.4.d.10.
148 Ioannes.19.Romanus sedit an.4.m.4 usque ae an.d. 1006
149 Sergius.4. Romanus sedit an.2.m.7. usque ad an.d. 1009
150 Benedictus.8. Tusculanus sedit an.11.m.1.d.13.ad an.d. 1020
Vacat sedes anno uno usque ad annum domini. 1021
151 Ioannes.20.Romanus sedit an.11.d.9.usque ad an.d. 1032
152 Benedictus.9. Tuscalanus sedit an.13.m.3.usque ad an.d. 1045
153 Syluester.3.Romanus sedit menses duos. 1047
154 Gregorius.6.sedit an.2.m.3.usque ad an.domini. 1047
155 Clemens.2.sedit men.9.usque ad an.domini. 1048.
156 Damasus.2.Bauarus.sedit.d.23.Vacat.sedes.d.11.

157 Leo. 6.Alemãnus ſedit an.5.m.2.d.6.uſq; ad.d. 1055
158 Victor.2 Alemãnus.ſedit an.2.m.8.uſq; ad an.d. 1056
159 Stephanus.9.Lothringus ſedit m.9.d.28.uſq;:ad an.d. 1057
160 Benedictus.10.Campanus ſedit m.9.d.20.usq; ad an.d. 1058
161 Nicolaus.2.Sabaudienſis epus Florentinus Getatdus ante dictus
ſedit an.2 m.6.d.76.usq;ad an.d. 1061
162 Alexander.2.Mediolanenſis ſedit an.11.m.6.d.25.ad an.d. 1073
163 Gregorius.7. Saonenſis ſedit an.12.m.1.d.3.uſq·ad an.d. 1085
164 Victor.3.Abbas Caſſinenſis.ſedit an .1.m.4.usq; ad an.d. 1087.
Vacat ſedes.men.5.
165 Vrbanus.2.ſedit an.12.m.4.d,19.uſq; ad an.d. 1099
166 Paſchalis.2.Flãmineus ſedit an.18.m.6.d.7.uſq; ad an. d. 1117
167 Gelaſius.2.Caietanus ſedit an.1.d.5 nſq; ad an .d. 1118
168 Caliſtus.2.Burgundus ſedit an.5.m.10.d.6.uſq; ad an.d. 1124
169 Honorius.2. Imolenſis ſedit an.5.m. 2.d.3 uſq; ad an. d. 1126
170 Innocentius.2.Romanus ſedit an 13.m.8.uſq: ad an. d. 1143
171 Cœleſtinus.2. Tuſcus ſedit m.5.d.14.
172 Lucius.2.Bononienſis ſed m.11.d.4.uſq; ad an.d. 1144
173 Eugenius.3.Piſanus ſedit an.8.m.7.d.20.uſq; ad an. d. 1153
174 Anaſtaſius.4.Romanus ſedit an.1.m 4. usq; ad an d. 1154
175 Adrianus.4.Anglicus ſed an.4.m.10. uſq; ad an. d. 1159
176 Alexandet.3.Senenſis ſedit an.21.m.11. d.19.uſq; ad an. d. 1181
177 Lucius.3.Thuſcus ex Luca utbe ſedit an.4.m.2.d.18.uſq;. 1185
178 Vrbanus.3.Mediolanẽſis ſedit an.1.m: 10.d.25.uſq; ad an.d. 1187
179 Gregotius.8.Beneuẽtanus ſedit m.1.d.27.Vacat ſedes.d.20.
180 Clemenus.3.Romanus ſed an.3.m.5.d.16.ad an.d. 1190
181 Cœleſtinus.3 Romanus ſedit an.6.m.8.d.11.uſq; ad an.d. 1197
182 Innocẽtius.3.Anagninus ſedit an.18.m.4.d.23.uſq; ad an.d. 1215
183 Honorius.3.Romanus ſedit an.10.m.7. d.13.ad an.d. 1226
184 Gregotius.9.Anagninus ſedit an.14.m.3.uſq; ad an.d. 1240
185 Cœleſtinus.4.Mediolan.ſedit.d.18.Va.ſe.an.1.m.9.ad.an.d. 1242
186 Innocentius.4.Ianuenſis ſedit an.11.m.6.d.12.ad an.d. 1253
Vacat ſedes annis duobus uſq; an annum domini. 1255
187 Alexandet.4.Anagninus ſedit an.6.m.6. uſq; ad an.d. 1262
188 Vtbanus.4. Gallicus ſedit an.3.m.1.d.4. uſq; ad an.d. 1265
Vacat ſedes m.5.
189 Clemẽs.4.Narbonẽſis ſedit an.3.m.9.d.11.uſq; ad an.d. 1269.
Vacat ſedes annis duobus m.2.d.10.uſq; ad na.d. 1271
190 Gregorius.10.Placentinus ſedit an.4.m.2.d.10.uſq; ad an.d. 1275

191 Innocentius.5.Burgundus or.pdi.sedit m.6.usq; ad an.d. 1276

192 Adrianus.5.Ianuensis sedit m.1.d.9 Vacat sedes d.28.

193 Ioãnes.21.Hisp.sedit m.8.d.1.usq; adan.d.1277.v.s.m.6.d.7 1277

194 Nicolaus.3.Rom,sedit an.3.m.8.d.15.ad an.d.1281.u.s.m.5.1281

195 Martinus.4.Turonensis sedit an.4.m.2 usq; ad an.d. 1285

196 Honorius.4.Romanus sedit an.1.d. 11.usq; ad an.d. 1286
Vacat sedes mensibus. 10.usq; ad annum domini. 1287

197 Nicolaus.4.Esculanus or.mi.sedit an.4.m.1.d.8.ad an.d. 1291
Vacat sedes annis duobus,men.3.d. 18.usq; ad an.d. 1293

198 Cœlestinus.5.Esernienfis sedit m.6.d.4.cessit papatui. 1294

199 Bonifacius.8.Anagninus.sedit an.8.m.9.d.17.ad an.d. 1303

200 Benedictus.11.Taruisinus or.pd.sedit m.8.d.15.ad an. d. 1304
Vacat sedes anno uno:men.1.usq; ad an.d. 1305

201 Clemens.5.Vasco sedit an.8.m.10.d.15.ad an. d. 1314
Vacat sedes an.2.m.3.d.17.usq; ad an.d. 1316

202 Ioannes.22.Caturcensis sedit an.18.m.4.usq; ad an. d. 1334

203 Benedictus 12.Tolosanus.sedit an.7.m.3.d.17.ad an.d. 1341

204 Clemens.6.Lemouicensis sedit an.10.m.6.d.20.ad an.d. 1352

205 Innocentius.6.Lemouicensis sedit an.9.m.8.d.6.ad an.d. 1362

206 Vrbanus.5.Lemouicensis sedit an.8.m.4.usq; ad an.d. 1370

207 Gregorius.11. Lemouicensis sedit.an.7.m.5.usq; ad an.d. 1378

208 Vrbanus.7.Neapolitanus sedit an.11.m. 8.usq; ad an.d. 1390
post electionem Vrbani.6.anno domini.1378.ortum est schisma.Nam.Cardinales Gallici in ciuitate Fundorum elegerunt alium:quem dixerunt Clementem.7.qui sedit annos 15. 1404

209 Bonifacius.9.Neapolitan.sedit an 14.m.9.usq; ad an.d. 1404
Mortuo Clemente.7.Cardinalis Gallici elegerũt alium quem dixerunt Benedictum.13.qui sedit an.24.

210 Innocentius.7.Sulmonensis sedit an.2.usq; ad an.d. 1406

211 Gregorius.12.Venetus sedit an.2.m.7.usq; ad an.d. 1409
Quo tẽpore per Conciliũ Pisanũ depositus est non solum Gregorius 12.sed & Benedictus.13.& electus est Alexander.5.

212 Alexander.5.Cretensis or.mi.sedit.m.11.usq;ad an.d. 1410

213 Ioannes.23.Neapolitanus sedit an.4. m.10.& pontificatu se abdicauit in Concilio Constantiensi anno.d.1415. Vacat sedes annis.2.& mensibus sex dũ ageretur Conciliũ. Quo tẽpore Gregorius,q ante Pisanũ Cõciliũ fuerat põtifex Cõstãtiã misit pcurato rẽ p quẽ pontificatu abdicauit. Benedictus uero quõdã in Gallia pontifex se pertinaciter põtificem asseuerãs authoritate Concilii

rursus improbatus dãnatur: & sedatum est schisma electo Martino.5.an.do.1417.undecima die Nouẽb. in festo.s. Martini. 1417
214 Martinus.5.Romanus sedit an.13.m.3. usq; ad an. d. 1431
215 Eugenius 4. Venetus sedit an.16. usq; ad an. d. 1446
Concilium Basileæ congregatur primo authoritate Eugenii. 4. anno dñi. 1438. Sequenti uero anno idẽ pontifex prædictũ cõcilium reuocauit. In quo tñ Cõcilio depositus est Eugenius & electus est Felix. 5. Vnde ortum est schisma usq; ad annum dñi. 1448
216 Nicolaus.5. Serezanus sedit an.8. usq; ad annum dñi. 1455.
Felix autem Nicolao cessit an.d. 1448. & sedatum est schisma.
217 Calistus 3. Hispanus sedit an.3.m.3.d.16. ad an.d. 1458
218 Pius 2.Senensis sedit an.6.usq; ad an.d. 1464.
219 Paulus 2.Venetus sedit an.6.m.10.usque ad an.d. 1471.
220 Xystus 4. Saonensis or.mi.sedit an.13.usq; ad an.d. 1484.
221 Innocentius 8.Ianuensis sedit an.7.m.11.ad an.d. 1492.
222 Alexander 6.Hispanus sedit an.11.usq; ad an.domini. 1503.
223 Pius 3.Senensis sedit dies 17.
224 Iulius 2.Saonensis sedit an.10.usq; ad an.domini. 1513.
225 Leo.10.Florentinus sedit an. 8.m.8.d.20.usque ad diem.30.Nouẽbris anno domini.1521.Vacat sedes m.1.d.11.usq; ad diem 11.Ianuarii anno domini. 1522.
226 Adrianus 6.Traiectensis sedit an.1.m.8.d. 3. usque ad diem 14.Septembris anno domini 1523. Vacat sedes mẽn.2.d. 4. usque ad diem 18. Nouembris. 1523
227 Clemens.7.Florentinus sedit annos 10.menses.10.dies 7.usque ad diem 25. Septembris anno dñi. 1534. Vacat sedes dies 17. 1534 usque ad diem 12. Octobris fere transactam.

ADDITIO HIERONYMI DE BARDIS FLORENTINI
Monaci Camaldulensis In Librum de Pontificibus Ioannis Lucidi Samothei Ordinis Prædicatorum.

228 Paulus 3. Farnesius Romanus sedit annos 15. & dies 28. usque ad diem 9. Nouembris 1549. Postquem sedes uacat mensibus duobus, & dies 29.usque ad 7. diem Februarii.
229 Iulius 3. de Monte S. Sabini Diocæsis Arretinæ. sedit annos 5. mensem 1.& dies 16. usq; ad diem 23.Martii 1555. postquam sedes uacat dies 17. usque ad diem 9.Aprilis.1555.
230 Marcellus 2. Ceruinus Politianus sedit dies 21. usque ad primum

diem Maii 1555. postquem sedes uacat dies 22. usque ad diem 23. Maii 1555.

231 Paulus 4. Caraffa Neapolitanus sedit annos 4 menses 2. & dies 27. usque ad diem 18. Augusti 1559. Postquem sedes uacat mens. 4. & dies 7. usque ad diem 26. Decembris. 1559.

232 Pius 4. Medices Mediolanensis sedit annos 5. mēses 11. & dies 15. usque ad diem 10. Decembris 1565. Postquem sedes uacat dies 29. usque ad diem 6. Ianuarii 1566.

233 Pius 5. Gislierius Alexandrinus ex oppido Buschi ordinis Prædicatorum sedit annos 6. menses 2. usque ad diem 25. Aprilis 1572. Postquem sedes uacat dies 17. usque ad diem 13. Maii 1572.

234 Gregorius 13. Bomcompagnus Bononiensis creatus anno domini, 1572. Tertio Idus Maii adhuc uiuit.

Liber.ix de Imperatoribus Romanis,

PROLOGVS

DEductis temporibus à Christo ad ætatem nostrā per Romanos pontifices nunc eadem tempora per imperatores Romanos digerenda sunt ex C. Suetonio Trāquillo; Dionysio, Cassio, Niceo, Iosepho, Eusebio, Hieronymo, Prospero, Orosio, Eutropio, Paulo diacono, Pomponio Læto, Matthæo Palmerio, Vicentino, Martino, Antonino, Ioanne baptista Egnatio, Hermanno, Marco Antonio Sabellico: & Ioanne Nauclero emendatis annis ad rei ueritatem quantum ex multorum simul collatione fieri potuit. Et licet aliqua dicta sint in præcedentibus de. C. Iulio Cæsare, de Octauiano Augusto, atque Tiberio ad uitæ Christi elucidationem: in hoc tamen libro de ipsis aliqua repetam ad ordinem digerendum reliquorum imperatorum: ut eorum numerus certius innotescat, dum eorum tempora plenius describuntur.

Sequuntur ipsi Imperatores Romani.

Caius Iulius Cæsar dictator, ipsam dictaturā iniit: & unā singulare arripuit imperium anno ab urbe condita septingentesimosexto: qui erat annus primus propè finem olympiadis. 183. ut Eusebius annotat. Et triennio septemq; mensibus tenuit principatum, ut ait Iose-

Iosephus primo libro de bello Iudaico. c. 10. & Egesippus lib. primo. c. 27. Authore autem Suetonio: ipse Iulius Cæsar conspiratione Bruti & Cassii Idibus Martii hoc est die. 15. eiusdem mensis gladiis confossus interiit sexto & quinquagesimo ætatis anno. Et Eutropius scribit Iulium Cæsarem interemptum anno ab urbe condita septingentesimo ferè ac nono. Dicit autem ferè quia iuxta finem anni septingentesiminoni occisus est: ex quo anno deficiebat mēsis unus & dies quinq;. s. quarum est a die 15. Martii, quando cæsus interiit usque ad diem 20. Aprilis proxime sequenti, quando sumitur initium annorum ab urbe condita Ante cædem ipsius anno uno & mensibus duobus ac diebus 15. cum iam adeptus esset pontificatum: emendauit calendarium adnitente M. Flauio scriba, ut Macrobio placet: & Sosigenæ astrologicæ scientiæ perito adhibito, ut Plinius attestatur: ipsumque calendarium edicto publicauit, ut ait Macrobius primo Saturnaliorum libro. Correxit autem ipsum calendarium anno 45. ante Christi ortum: quoniam ipse annotauit in suo calendario unitatem cycli decēnouēnalis, id est aurei numeri calendis Ianuarii: & tunc fuit Luna prima eo anno: ut ex computatione astronomica cōprobatur, sicut affirmat dñs Paulus eps Forosemproniensis in sua Paulina: & Ioannes Stofflerinus in suo calendario. Anno autem. 44. ante Christi natiuitatem, ipsa præcedentis anni emendatio per publicum edictum omnibus innotuit, & obseruari cœpit. Ab hoc Cæsare sequentes imperatores dicti sunt Cæsares. In honorem autem huius Iulii, quintilis mensis, ut ait Macrobius, legem ferente M. Antonio Marci filio consule, Iulius est appellatus, quòd hoc mense ad quartum Idus quintilis procreatus sit. Post mortem eius ferè duobus annis uacauit imperium quos annos Eusebius uel scriptores libri eius attribuunt Cæsari, licet tunc fuerit interregni tempus.

2 Octauianus Augustus anno ab urbe condita septingentesimodecimo ferè completo uidelicet anno. 2. Olympiadis 184. iam inchoato, accepit imperium. Et imperauit a primo Consulatu eius calendis Ianuarij, annos 56. mens. 7. d. 19. quoniam ipse obiit, ut ait Suetonius 14. calendas Septembris, hoc est die 19. Augusti septuagesimo & sexto ætatis anno: & peruenit usque ad annum domini. 15. iam currentem per octo ferè menses. Suetonius autem dicit ipsum imperasse annos 56. quoniam initium imperii accepit ab ipsius triumuiratu. Natus est autem Octauianus, ut Suetonio placet. 9. calendas Octobris, hoc est die. 23. Septembris M. Tul-

lio Cicerone & Antonio consulibus: atque completo anno. 12. sub iugata Aegypto calendis Sextilis mensis, ab aucta rep. dictus est Augustus: & mensis ille cognomine ipsius appellatus est etiam Augustus, ut Macrobius dicit primo Saturnaliorum libro. Mortuus est autem anno secundo olympiadis 198. Qui erat annus ab urbe condita. 767. Dicit enim Eutropius lib. 7. Anno ab urbe condita. 767. ipse Augustus remp. beatissimam Tiberio successori relinquit. qui priuignus ei, mox gener, postremo adoptiuus filius fuerat. Idē attestatur Orosius lib 7. & tūc, ut diximus, erat an. d. 45.

3 Tiberius tanquam hæres Augusti successit: unde & anni eius imperij à morte Augusti enumerantur, licet aliquandiu distulerit exequi reip. gubernatione. Obiit autem, ut Suetonius affirmat, octauo & septuagesimo ætatis anno: tertio & uigesimo imperij. 17. calendas Aprilis, hoc est die. 16. Martii Fueruntq; anni imperii eius 22. & menses fere. 7. peruenit autem usque ad annum domini. 38. ferè tribus mensibus inchoatum. Anno autem. 2. imperii eius defectio Solis facta est die. 15. Februarii hora ferè meridiana anno scilicet domini. 17 de qua nihil dicit Eusebius. Sed ante mortem Cæsaris dicit defectionem Solis factam, cum tamen fuerit post Cæsaris cædem authore Virgilio, Plutarcho, Plinio, Appiano. Ex quo patet Eusebii error in annotatione prædictæ ecclipsis. Eodem anno Mathematici urbe pellunt, ut annotat Hermanus cōtractus.

4 Caius Caligula authore Suetonio imperauit triennio, & decem mensibus, diebusq; octo, & interfectus est 9. calendas Februariis, hoc est die. 24 Ianuarii. Vixit autem annos. 28 & peruenit usque ad annum domini 42. uno iam menses inchoatum. Quare patet Suetonium enumerasse annos imperii eius à morte Tiberii: qui eum præcessit, à cuius obitu ad Caligulæ cædem fuerunt anni tres menses decem: & dies octo, ut ex ipsa computatione patet.

5 Claudius imperauit annos. 13. men 8 d 19. à morte scilicet sui prædecessoris. Dicit enim Suetonius de ipsius morte ex ueneno sumpto. Excessit Claudius. 3. idus Octobris, hoc est die. 13. eiusdem 64. etatis: imperii. 14. anno: & peruenit usque ad annum domini quinquagesimumquintum nondum completum. 55

6 Nero imperauit paulominus. 14 annis. ut Suetonius affirmat. & peruenit usque ad annum domini. 69. progenies Cæsarem in Nerone defecit. ut ait idem Suetonius.

7 Galba Neroni successit nullo gradu contingens Cæsarum domum: sed haud dubie nobilissimus: magnaq; & uetere prosapia teste Sue

tonio.Petiit tertio & septuagesimo ætatis anno; imperii mense .ep timo.

8 Otho Syluius pugione se ipsum transfixit authore Suetonio trigesimo & octauo ætatis anno:& nonagesimo & quinto Imperii die, hoc est post tertium imperii mensem.

9 Vitellius,octo menses ac dies quinque potitus imperio teste Iosepho in calce quinti libri de bello Iudaico: in media urbe iugulatur die 3.Mensis Octobris Periit cum fratre & filio , ut ait Suetonius anno uitæ septimo & quinquagesimo. Præfati tres imperauerunt anno uno:mensibus.6.d.10.usque ad annum domini.70: & diem tertium Octobris.

10 Vespasianus imperauit annos.9.men.11.d.22.iuxta Eusebium: hoc est annos ferè.10.usque ad annum domini.80. Vt autem ait Suetonius aluo repente usque ad defectionem soluto inter manus sublevantium extinctus est.8.calendas Iulii hoc est die.24 Iunii, annum ætatis agens sexagesimum ac nonum,superque mensem ac diem septimum. Secundo autem anno principatus Vespasiani,ut ait Iosephus lib.7. de bello Iudaico per Titum filium eius Hirosolyma capta est Septembris mensis octauo die. Ab ędificatione templi à Salamone fuerunt anni mille. nonagintanouem. Nam ab ędificatione templi per Salomonem, ad eius destructionem per Nabuchodonosor fuerunt anni quadringentiquadraginta. & à prima eius destructione , ad hanc ultimam euersionem fuerunt anni sexcenti quiuquagintanouem , qui simul collecti constituunt annos.1099.

11 TitusVespasiani filius, ut ait Suetonius , excessit idibus Septembris post biennium , ac menses duos , diesque uiginti quam successerat patri altero & quadragesimo ætatis anno. Nam à die 24 Iunii, qua obiit pater usque ad diem.13. Septembris, qua excessit eius filius Titus, colliguntur anni.2.men.2.& dies.20. peruenit autem usque ad annum domini. 82

12 Domitiaous Titi frater iunior occisus est, ut Suetoni placet.14.calēdas octobris hoc est die.18.Septembris anno ætatis 45.imperii.15. imperauit enim annos.15.d.5.ad 20.d. 97

13 Nerua, ut ait Eutropius,accepit imperium anno octingentesimo quinquagesimo ab urbe condita Vetere Valente consulibus: ac teste Dionysio Cassio imperauit anno uno & mensibus quatuor ac diebus nouem Vixit autem annos quinq;& sexaginta menses.decē, & dies totidem: & peruenit usq: ad diem. 27. Ianuarii inchoato

I ii

iam anno domini.99.uno mense diebus.3.

14 Traianus accepit imperium iuxta finem mensis Ianuarii inchoato iam anno domini.99 &,ut ait Dionysius Cassius,extinctus est, cum imperasset annos undeuiginti,hoc est.19.& menses. 6. ac dies. 15. peruenit autem usq; ad an.d.&.diem.11.Augusti. 118

15 Adrianus uixit annos duos & sexaginta:menses.5.& dies.6. imperauit annos.20.menses.11.ut affirmat Dionysius Cassius, peruenit autem usq; ad an d.& obiit mense Iulio, 139

16 Antoninus Pius imperauit an.23.ut placet Eusebio & Eutropio; usq; ad annum domini. 162

17 M.Antonius Verus cum L.Annio Antonio undecim annis imperiũ tenuit secundum Eutropium usq; ad annum domi ni, 173

18 Annius Antonius solus ultra predictos.11. annos imperauit. 7. & in totum annos.18.iuxta Eutropium usq; ad annum domini. 180

19 Commodus,ut ait Eutropius,imperauit an.12.m.8.usq; ad an.d.193

20 Aelius Pertinax imperauit mẽ.2.d.25.authore Iulio Capitolino.

21 Didius Iulianus imperauit men.2.d.5.ut ait Aelius Spartianus, Sed Eutropius dicit eum imperasse mẽ.7.usq; ad an.d. 194

22 Seuerus imperauit an.18 iuxta Eusebium usq; ad an d. 212

23 Antonius Caracalla iuxta Eutropiũ ĩperauit an.6.mẽ.2.ad an.d. 218

24 Macrinus imperauit an.1.& mẽ.2.ut ait Eutropius ad an.d. 219

25 Aurelius Antoninus,ut scribit Eusebius,imperauit an.4.ad an d.223

26 Alexander Mamee imperauit an.13.&.d.8.ut affirmat Eutropius usq; ad annum domini. 236

27 Maximinus iuxta Eutropium imperauit an.3.usq; ad an.dñi 239

28 Balbinus & Puppienus, ut dicit Ioannes Baptista Egnatius,cum parum interse concordi animo remp.regerent,à militibus uterq; interficitur:& peruenerunt ad annum domini. 240

29 Gordianus imperauit annos.6.Eusebio & Sexto Aurelio authoribus & peruenit,ad annum domini. 246

30 Philippus cum filio Philippo imperauit an.5.ut Sextus Aurelius, Eutropius,Platina,& Ioannes Baptista Egnatius affirmant. Eusebius uero superflue duos ei annos adiungit. Hic primus imperatorum cum filio Baptismum accepit, & peruenit ad an d. 251

31 Decius cum filio biennio imperauit iuxta Eutropium ad an.d. 253

32 Gallus & Volusianus filius eius, ut ait Eutrobius interfecti sunt non completo biennio.

33 Aemilianus, ut idem Eutropius dicit,tertio mense extinctus est, & peruenit ad annum domini. 255

34 Valerianus & eius filius Gallienus amperauerunt annos. 15. ut Terebellius Pollio asserit .s. usque ad annum domini. 270
Quidam putant Laurentium, Xystum, 2. pontificem & Hippolytum martyres interemptus fuisse à Decio Imperatore, qui successit duobus Philippis. Sed proculdubio falluntur: quoniam nondum eo tempore Xystus erat pontifex: nec Laurentius eius erat diaconus. Sed tempore Gallieni ipso bellum exterius agente præsentati sunt Decio non imperatori: sed Cæsari, hoc est collegæ imperatoris qui erat nepos Valeriani senioris imperatoris patris Gallieni: qui Valerianus senior tunc captiuus tenebatur à Sapore Rege Persarum. Vnde Valerius Rex Cadusiorum pro liberatione Valeriani senioris inter alia sic scripsit Sapori Regi Persarum. Valerianus & filium imperatorem habet & nepotem Cæsarem. Per filium intelligit Gallienum, qui tunc imperabat, per nepotem Cæsarem intelligit Decium collegam eius. Nam eo tempore fuerunt duo Decii consules, ut affirmat Terebellius Pollio: quorum unus erat Valeriani senioris nepos: qui auxilium & fauorem ei præbuit ad imperium assumendum, cui prędicti martyres præsentati sunt: necnon pœnas & mortem passi sunt à Valeriano iuniore præfecto Romanæ urbis, qui erat frater Gallieni imperatoris ex patre Valeriano seniore captiuo tunc Regis Persarum. Nam, ut dicit Terebellius Pollio. Valerianus senior alia quã Gallienus matre genitus est. Hæc eadem confirmat. S. Antoninus in prima parte chronicæ titulo. 7. c. 8. §. 8. Et uenerabilis Beda dicit Xistum pontificem sub Gallieno passum esse. Non est mirum prædictos martyres non fuisse præsentatos imperatori Gallieno: quoniam a Romana urbe discesserat: & paulo post apud Mediolanum fuit interemptus Videlicet anno domini 270. Imperauit Valerianus senior an. 6. & Gallienus an. 9. qui simul collecti fiunt anni 15.

35 Claudius 2. intra biennium morbo petiit authore Eutropio: & pernenit usque ad annum domini. 272

36 Quintilius iuxta Eutropium septimodecimo imperii die occisus est.

37 Aurelianus imperauit an. 5. m. 6. ut tradit Eutropius, scilicet usq; ad annum domini. 278

38 Tacitus imperauit men. 6. iuxta Eusebium & Eutropium.

39 Florianus imperauit men. 2. d. 20. ut ait Eutropius. ad an. d. 279

40 Probus imperauit an. 6. men. 4. iuxta Eusebium & Eutropium ad annum domini. 285

41 Çarus cum Carino & Numeriano imperauit ann. 2. ut scribunt Eu-

sebius, Eutropius, & Beda usq; ad an. domini. 287.

42 Diocletianus & Herculius Maximinianus teste Eusebio imperarunt an. 20. usq; ad an d. 307. Astrologi autem computantes annos æb imperio Diocletiani incipiunt eos antea triennio, uidelicet anno ultimo Probi: hoc est anno domini. 285

43 Galerius solus biennio Augustus imperium tenuit ad an. domini.

44 Constãtinus magnus imperauit an. 30. & m. 10. usq; ad annum domini 340. ut Hieronymus post Eusebium annotat. Idem Cõstantinus relicta Roma Byzantium se transtulit, & ciuitatem adaugens Constantinopolim appellauit anno domini. 334. ut Eusebius annotat. Sic itaque occidentale imperium Romanum transiit ad regionem orientalem. Quapropter nos inde prosequamur imperatores orientales.

45 Constantinus. 2. Constantius & Constans imperauerunt an. 24. m. 5. d. 12. ut dicit Hironymus usque ad annum domini. 364.

46 Iulianus apostata, ut annotat Hieronymus imperauit annum unum m. 7. usque annum domini. 366. Eutropius tamen, qui ut ipse testatur, interfuit expeditioni, cum Iulianus Parthis intulit bellum, dicit illum interfectum fuisse. 6. calendas Iulij. imperij anno. 7. ætatis altero & trigesimo. Sed ipse annorum numerum sumit à tempore, quo Iulianus Constantio adhuc niuente consensu militum Cęsar appellatus est, Hieronymus uero describit annos imperij sui post Constantii mortem cum solus tenuit imperium. Hoc idem confirmat Pomponius Lętus, qui ait. Iulianus imperauit solus anno uno & mensibus septem. Ab eo quòd Cæsar fuit, annis septẽ. & idem dicitur in historia tripartita lib. 6. c. 47.

47 Iouinianus, ut dicit Eutropius, decessit imperii mense septimo, scilicet transacto. & 20. diebus à morte Iuliani. Obiit autem, ut idem Eutropius asserit. 14. calendas Martij, hoc est die 16. Februarii anno urbis conditæ. 1119. usque ad an. d. 367. inchoatum.

48 Valentinianus, ut dicit Paulus diaconus, cum anno tertio imperii cum Valente fratre ageret: Gratianũ filium necdum bene puberem hortatu socrus & uxoris Augustum creauit, & anno imperii sui undecimo subita effusione sanguinis expirauit: peruenit ad annum domini. 378.

49 Valens solus imperium orientis quatuor annis fratre Valentiniano mortuo tenuit: Gratiano Valentiniani filio in occidentali parte regnante: qui sibi Valentinianum fratrem paruulum admodum socium creauit imperii, ut ait Paulus diaconus. Peruenit Valens usq;

ad annum domini 381
50 Cratianus post mortem Valentis sex annis imperinm tenuit, ut dicit Prosper & Paulus diaconus usq; ad annū domini. 387. & cum eo imperauerunt Valentinianus iunior & Theodosius.
51 Valentinianus cum Thedosio regnauit annos septem authore Prospero usque ad annum domini. 394.
52 Theodosius cum Arcadio & Honorio filijs, ut ait Prosper. imperauit an. 3. cum antea imperasset annos 13. uidelicet. 6. cum Gratiano & 7. cum Valentiniano: & peruenit ad annum domini. 397
53 Arcadius Augustus in oriente creatus: Honorius fratre eius in occidente commune imperium diuersis tantum sedibus tenere cœperunt. Vixitq; Arcadius post patris excessum annis. 13. ut ait Prosper & Paulus diaconus. & peruenit ad annum domini. 410
54 Honorius cum Theodosio iunior Arcadii fratris filio imperauit annos. 16. ut scribit Prosper: usque ad annum domini. 416. Capta est Roma à Gottis duce Alarico, ut dicit Paulus diaconus anno ab urbe condita. 1164 hoc est anno domini. 412. Honorij anno. 2. &, ut Beda testatur, hoc fuit. 9. calendas Septembris.
55 Theodosius iunior. f. 2. imperauit cum filio Valentiniano annos sex & uiginti: & apud Constantinopolim morbo consumptus obiit authore Paulo diacono: & peruenit ad annum domini. 452
56 Martianus, ut ait Paulus diaconus, cum apud Constantinopolim sep tem annis regnum administrasset facta suorum conspiratione peremptus est: & peruenit ad annum domini. 459
57 Leo primus imperauit an. 16. ut inquit Matthæus Palmerius: & peruenit ad annum domini. 475
58 Zeno imperauit an. 17 iuxta Paulum d. & Matthæum Palmerium usq; ad annum domini. 492
59 Anastasius primus in hæresim Euticetis lapsus: & obstinato animo in ea hæresi perseuerans postq̃ imperauerat an. 26 ictu fulminis percussus interiit anno dñi. 518. ut annotat Matthæus Palmerius.
60 Iustinus senior catholicus imperauit annos. 9. usque ad an. do. 527
61 Iustinianus primus sororis Iustini filius imperauit annos. 38. usque ad annum domini. 565
62 Iustinus iunior auaritiæ deditus amens effectus cum imperasset annos. 11. amentiam cum uita finiuit anno domini. 576
63 Tiberius Constantinus eleemosynis abūdans septem annos imperauit usque ad annum domini. 583
64 Mauritius Tiberii gener, cū imperasset an. 20. à Foca occidit an. do.

65 Focas cum imperasset an.8.occisus est ab Heraclio patririo an.d.611
69 Heraclius cum Constantino filio suo imperauit an.29.ad an.d.640.
67 Constantinus.3.Heraclii:solus imperauit m.4.à Martina nouercaue neno peremptus.
68 Heracleonas cum Martina matre imperauit an.2.ad an.d. 642
69 Constans Constantini Heraclii filii filius, misso in exiliũ Heracleona cum matre sua Martina imperauit an.27.usq; ad an.d. 669 & tunc non longe à Siracusis in balneo a suis occisus est.
70 Constantious.4.Constantis superioris filius interfecto Mezentio à militibus uocato imperatore, absq; orientalis exercitus uoluntate assumpsit imperium:& imperauit an.17.usq; ad an.do. 686
71 Iustinianus. 2. Constantini. 4. minor filius imperauit annos decem usq; ad annum domini.696.
72 Leo.2 misso in exilium Iustiniano.2.in Pontũ imperauit annos tres usq; ad annum domini. 699
73 Tiberius.3.imperauit an.7.usq. ad annum domini. 706
Iustinianus.2 iterum assumpsit imperium:& cum Tiberio filio imperauit annos sex usq; ad annum domini. 712
74 Philippicus hæreticus interfecto Iustiniano& filio eius Tiberio imperauit annos duos usq; ad annum domini. 714
75 Anastasius.2.expulso Philippico, & oculis priuato imperauit catholicus existens annos tres usq, ad annum domini. 717
76 Theodosius.3.deuicto Anastasio imperauit anno uno. 718
77 Leo.3.imperauit annos.24.usq; ad annum domini. 742
Hic apud Constantinopolim incendit sanctorum imagines.
78 Constantinus.5.Leonis.3. filius omni scelere plenus, magnus, ac sacrilegus impetauit an.35.usq; ad annum domini. 777
79 Leo.4.Constantini.5.filius imperauit an.5.usq; ad an.d. 782
80 Constantinus.6.Leonis.4.filius cum Hitene matre imperauit annos.10.Deinde matre expulsa solus imperauit annos.5.Demum illa filium captis oculis imperio priuat, & sola imperauit annos quatuor scilicet usq; ad annum domini, 801
¶ Transfertur imperium ad Francos & Gallos per Leonem.3.pontificem. Nam, ut ait Matthæus Palmerius: anno domini. 801. Leone.3.pontifice à Romanis per iniuriam eiecto, Carolus magnus,qui Gallis imperabat in Italiam redit: ipsumq; in urbem dignitatemq; restituit. Et idem Carolus à Leone pontifice Augustus imperator est appellatus. Carolus ergo recepto imperatorio nomine, cum in Galliam reuerteretur per Ethruriam transiens in

memoriam acceptæ dignitatis Florentiam urbem magna ex partè desolatam reparauit: urbanamq; nobilitatem uarie per uicina oppida diffusam reduxit. & noua insuper circunducere mœnia maiore ambitu procurauit calendis Aprilis an.d. 801
81 Carolus ergo magnus, q prius regnauerat Gallis annos. 33. inde imperiū assecutus imperauit annos quatuordecim, usq; ad annum domini. 815
82 Ludouicus primus cum Lothario filio imperauit an.25.ad annum domini.840.Sicut ait Matthæus Palmerius anno domini 840
Ludouicus imperator diem obiit tres filios relinquens Lotharium scilicet & Carolum, & Ludouicum: qui ob imperii atq; regni paterni diuisionem inter se debellantes, uariis prælis multa hominum millia perdiderunt.Ob quam causam eorum diminutis uiribus tandem conueniunt,ut diuiso imperio regnoq; paterno,Lotharius imperium obtineret: Carolus in Gallia, & Ludouicus in Germania regnaret.
83 Lotharius primus imperauit in totum annos.15.uidelicet solus annos.10.& mox cum Ludouico filio an.5 ad annum do. 855
84 Ludouicus.2.imperauit an.21.usq; ad annum domini. 876
85 Carolus.2 patruus eius cognomento Caluus imperauit annos duos iuxta Sigebertum usq; ad annum domini. 878
86 Carolus. 3. filius Ludouici Germanorum Regis cognomento Grossus imperauit annos. 12.ut scribit Sigebertus ad an.d.890. Licet autem Ioannes. 8. pontifex Ludouicum Balbum Francorum Regem in imperatorem delegerit; Romani tamen Carolum cognomento Grossum imperatorem eligunt iu custodia tenentes Ioannem pontificem eo quod Carolo non fauebat: simulq; ambo imperatoris nomen biennio tenuerunt: donec assumpto ueneno Ludouico Rege Francorum, solus Carolus Grossus Germanorum Rex inde tenuit imperium. Itaq; imperium cœpit flecti ad Germanos.
87 Arnulphus Germaniæ Rex imperauit annos.12.f. usq; ad annum domini.902.secundum Sigebertum,licet Matthæus Palmerius dicat eum imperasse usq; ad annum domini.906,quia initium imperii eius annotat posterius quatuor annis. Post Arnulphum imperium cō funditur dolentibus Romanis atq; uniuersis Italię populis quòd in Germaniam translatum esset,ut inquit Matthęus Palmerius.Quamobrem nec à Romanis: pontificeq; insigniti sunt transalpini imperatores usq; ad Othonem primum.
88 Ludouicus.3. filius Arnulphi imperauit annos. 6. secundum Mat-

thæum Palme.f.usq; ad an.do.912.Sigebertus autem dicit eum imperasse annos.10.quoniam initium imperii eius ponit antea quatu or annis. Infine tamen imperii eius ambo conueniunt.

89 Conradus primus imperauit annos.7.usq; ad an.do. 919.

90 Henricus primus filius Othonis Saxonum ducis imperauit annos. 18.usq; ad annum domini. 937.

91 Ortho.1.filius Henrici impauit an. 36. ut dicit Sigebertus: & obiit an.domini.973. Sed Matthęus Palmerius dicit ipsum regnasse annos.30.quoniam anno.31. imperii eius Otho filius eius à Ioanne. 13 papa in imperatorem benedicitur & simul imperarunt. Sed potius imperium attribuendum est patri usq; ad eius obitum. Hic primus Otho ut dicit Matthęus Palmerius anno imperii eius 18.qui erat annus secundus Ioannis duodecimi pōtificis, & annus domini.955.Romam profectus coronā imperii suscepit ab codē pontifice. Ioanne 12. & fuit primus qui post translatum in Germaniam imperium titulos imperiales rite susciperet. Quod pōstea obseruatum estusq; in præcens tempus.

92 Otho.2.imperauit annos decem secundum Sigebertum usq; ad annum domini. 983.

93 Otho.3.imperauit an.19.usq; ad an.dñi. 1002.

94 Henricus.2.imperauit.an.22.secundum Sigebertum.f.usq; ad an.do. 1024.Apud Germanos, ut scribit Matthæus Palmerius, Henrico. 2.per electionē adimperiū assumpto: primum institutum fuit: ut in futurum non per sanguinis successionem duceretur imperium: sed proceres quidam in Germania principes unà cum quibusdam Pannoniæ principibus potestatem haberent imperatoris deligendi: quod usque in præsentem diem obseruatur. Electores autem imperii specialiter ita distinguntur ab Hermano uidelicet Maguntinus, Treuerensis, & Coloniensis, Archiepiscopi & Marchio Brandeburgensis, Palatinus comes. Dux Saxonie, Rex Boemiæ Hunc Regem Boemiæ his additum ferunt ad tollendas electorum discordias. Hos autem electores asserit Hermanus paulo prius fuisse institutos per Gregorium. 5. Matthæus uero Palmerius, ulterius per Ioannem.19. Et hoc magis uero consonat, cum Henricus acceperit imperium tempore prædicti Ioan. 19 pontificis: cuius causa facta est prædicta electionis institutio. Duobus au tem ultimis annis Henrici. 2. Matthæus Palmerius dicit uacasse imperium, quia falsò putauit ipsum biēnio antea decessisse. Obiit enim an. 1024. non, 1022. ut ille scribit. Et eo anno quo mor

tuus est ipse paulo ante mortem suam consulentibus principibus su per substitutione regni designauit Conradum uirum egregii generis. & egregiæ libertatis.

95 Conradus.2.imperauit an.15.usq; ad annum dñi. 1039.

96 Henricus.3.imperauit an: 19 iuxta Sigebertum.usq; ad an domini. 1056.Matthæus uero Palmerius ei super addit annum.

97 Henricus 4.imperauit an.50.usq; ad annum domin. 1106.

98 Henricus 5.imperauit an.20.usq; ad annum domini. 1126.

99 Lotharius.2.imperauit an.11.usq; ad annum domini. 1137

100 Conradus.3.imperauit an.15.usq; ad annum domini. 1152

101 Fredericus primus imperauit an.37.usq, ad annum domini 1189

102 Henricus.6.imperauit an.10.usq; ad annum domini. 1199

103 Philippus Henrici frater imperauit an.9.usq; ad annũ domi. 1208

104 Otho.4.imperauit annos.3.usq; ad annum domini. 1211

105 Fredericus 2.imperauit an.33.usq; ad annum domini. 1244
Sicut scribit Matthæus Palmerius.Federicus.2. diu pontifices persecutus, cum Romanam sedem maximis calamitatibus affecisset, tandem anno domi.1244 ab Innocentio.4.in Lugdunensi concilio damnatus est, & imperatoria potestate depositus.
Post depositionem eius uacauit imperium annis.28.ad annum domini.1272.

106 Rodulphus imperauit an.16. usq; ad annum domini. 1291
Vacat imperium anno uno usq; ad annum domini. 1292

107 Astaulpus imperauit an.6.usq; ad annum domini. 1298

108 Albertus primus imperauit an.10.usq; ad annum domini. 1308

109 Henricus.7.imperauit an 4.m.9.usq; ad an.d. 2313
Vacat imperium anno uno usq; ad annum domini. 1314

110 Ludouicus.4.cognomento Bauarus imperauit an.32.ad annum domini. 1346

111 Carolus.4.imperauit an.32.usq; ad annum domini. 1378.

112 Venceslaus cum iam imperasset cum Carolo patre annis.8.ut ait Matthæus Palmerius,imperauit inde solus annis.22.usq; ad an. do. 1400.& tunc propter segnitiem atq; lasciuiam ab electoribus est ab imperio depositus. Vnde quidam hoc anno imperium uacasse scribunt:liceat Robertus mox fuerit ad imperium electus, sed non pariter ab omnibus & ubiq; receptus.

113 Robertus Bauarus imperauit an.10.usq, ad annum domi. 1410

114 Sigismundus imperauit annos.27.usq; ad annum domini. 1437

115 Albertus.2.imperauit annos.2.usq; ad annum domini. 1439

116 Federicus 3. imperauit an. 47. usque ad annum domini. 1486
117 Maximilianus imperauit an. 33. usq; ad annum domini. 1519

ADDITIO HIERONYMI DE BARDIS FLORENTINI Monaci Camaldulensis In librum de Imperatoribus Ioannis Lucidi Samothei Ordinis Prædicatorum.

118 CAROLVS Quintus Austrianus Imperator Augustus. electus anno domini 1519. 4. Kalendas Iulii. Imperauit ann. 38. men. 8. & dies 14. Franciscum Gallorum Regem superauit apud Ticinum Vrbem diripuit. Bononiæ Coronatus Corona Imperiali a Clemente 7. Medicæo Florentino. Tunetum in Africa expugnauit, In Germania Lutheranos superauit captis eorum ducibus. Solimanum Turcarum Regem a Vienna expugnauit; ac postremo Imperio ac Regnis se abdicauit.

119 FERDINANDVS primus Austriacus electus anno domini 1558. Imperauit annos 6. menses 4. & dies 13.

120 MAXIMILIANVS secundus Imperator electus anno domini. 1564. adhuc uiuit. obijt anno 1576.

Liber.x. de gestis præcipuis post Christum.

PROLOGVS.

POstquam digessimus tempora nouæ legis per annos Romanorum pontificum & imperatorum: nunc quædam insignia, quæ eisdem temporibus gesta sunt, in hoc decimo & ultimo lib. breuissima narratione subiungemus ex Eusebio, Hieronymo, Prospero, Sigeberto, & Matthæo Palmerio.

De Episcopis Hierosolymæ. Cap. 1.

IAcobus cognomento iustus frater domini consobrinus & filius Alphei: primus episcopus ecclesiæ Hierosolymorum ab Apostolis ordinatur anno domini. 33. ut annotat Eusebius: & præfuit annis. 30 uidelicet usque ad annum domini. 63. Quo anno calendis Maii de pinna templi præcipitatus, ac fullonis fuste in capite per-

cussus lapidibus opprimitur. Symeon qui & Simon filius Cleophæ successit Iacobo. Hic etiam erat consobrinus Christi. Dicit enim Eusebius libro tertio ecclesiasticæ historiæ c.9. Consobrinus is secũ dum carnem Saluatoris fuisse dicebatur: quia Cleophem fratrem fuisse Ioseph Egesippus testatus est. Præfuit autem annis quadragin taseptem usq; ad annum domini centum & decem. Nam cum esset centum & uiginti annorum sub Traiano Cæsare apud Atticum Cõsularem crucifigitur, ut testatur idem Eusebius lib. 3. cap.26. Ecclesiasticæ historiæ. & subiungit ibidem. Quòd autẽ Symeon unus fuerit ex ipsis audiroribus domini: uel longæuitas eius inditio est: uel euangelorum fides: ubi etiam mater eius Maria Cleophe uxor refertur. Cæteri autem episcopi Hierosolymorum, qui ex circuncisione præfuerunt, describuntur absque temporum annotatione ab Eusebio lib.4 ecclesiasticæ historiæ usque ad tempora Romani ptincipis Adriani, sub quo Iudæi excidium passi sunt: & fuerunt nume ro 15. uidelicet prædicti duo. Tertius Iustus: quartus Zacheus quintus Thobias: sextus Beniamin. 7. Ioannes. 8. Mathias. 9. Philippus. 10. Seneca 11. Iustus. 12. Leui. 13 Ephrem. 14. Ioseph 15. Iudas. Hi omnes hebræi antiquæ originis extiterunt: scientiam Christi fideliter receperunt. Præfuerunt autem usque ad ann. do. 137. igitur per idem tempus assumere episcopos ex circuncisione cessatum est.

Marcus primus ex gentibus constituitur episcopus Hierosolymis anno domini. 138. ut annotat Eusebius in libro de temporibus Marcus igitur fuit episcopus. 16. Inde Cassianos. 17. Publius. 18. Maximus 19. Iulianus. 20. Gaianus 21. Symmacus. 22. Caius 23. Iulianus 24. Capito. 25. prædicti decem præfuerunt usque ad annum domini. 186. ut ait Eusebius. Deinde Maximus fuit 26. Antoninus 27. Valens 28. Dulchianus 29. Narcissus 30. Helius 31. Germanus 32. Gordius 33. Narcissus 34. Alexander 35. adhuc uiuente Narcisso cum eo pariter ecclesiam regit annis quadraginta. Hymenæus. 36. Labdas 37. Thermon 38. Macharius 39. Maximus. 40. usque ad annum domini 351. Post mortem Maximi ecclesiam Hierosolymitanam Arriani inuadunt, ut Hieronymus affirmat.

De Episcopis Antiochiæ. Cap. 2.

Petrus Apostolus Antiochenam fundauit ecclesiam: ibiq; cathedram adeptum anno d. 38. die. 22. Februarii sedit annos septẽ

usque ad annum domini 44. 44
1 Enodius post fundatam Antiochenam ecclesiam a beato Petro apostolo ipso Romam profecto primus Antiochiæ ordinatur episcopus an.d. 45.& sedit annos 27.usq; ad annum domini. 71
2 Ignatius sedit annos 40.usq; ad an.d. 111. calendis Febr. 111
3 Eron sedit annos 20. usque ad annum domini. 131
4 Cornelius sedit annos 12. usque ad annum domini. 143
5 Heros sedit annos 28. usque ad annum domini. 171
6 Theophilus, cuius plurima ingenii opa extāt,sedit an.8.ad an.d. 179
7 Maximinus sedit annos.
8 Sequens eps.s.8.non inuenitur in Eusebio. peruenit ad an.do. 213
9 Asclepiades sedit annos.7.usq; ad annum domini. 220
10 Philethus sedit annos.10.usq; ad annum domini. 230
11 Zebennus.
12 Babila usq; ad annum domini. 254
13 Mazabanus & Fabius usq; ad annum domini. 255
14 Demetrianus sedit annos.7.usq; ad annum domini. 261
15 Paulus Samosatenus, qui Artemonis hæresim suscitauit sedit annos. 7.usq; ad annum domini. 269
16 Dominus sedit annos quatuor usq; ad annum domini. 273
17 Thineus sedit annos.9.usq; ad annum domini. 282
18 Cyrillus sedit annos.20.usq; ad annum domini. 302
19 Tyrannus sedit annos.29.usq; ad annum domini. 331
Hactenus ex Eusebio, hinc ex Hieronymo.
20 Vitalis.
21 Philogonus.
22 Paulinus.
23 Eustachius. quo in exilium ob fidem truso, ut inquit Hieronymus, usq; in præsentem diem Arriani ecclesiam occupauerunt. quorum idcirco tempora non digessi eo quòd hostes Potius Christi quā episcopos iudicem. Hæc ille.

De Episcopis Alexandriæ Aegypti. Cap.3.

Marcus euangelista interpres apostoli Petri, ut annotat Eusebius: anno dñi.44. Aegypto & Alexandriæ Christū annunciat & ibi sedem tenet annos.20. usq; ad annum domini. 64
1 Anianus post eum Alexandrinæ ecclesiæ primus ordinatur eps: qui præfuit annos.22.usq; ad annum domini. 86

2 Albilius præfuit annos. 13. usq; ad annum domini. 99
3 Cerdo præfuit annos. 10. usq; ad annum domini. 109
4 Primus præfuit annos. 12. usq; ad annum domini. 121
5 Iustus præfuit annos. 11. usq; ad an. domini. 132
6 Eumenes præfuit annos 12. usq; ad an. domini. 144
7 Marcus præfuit annos. 8. usq; ad an. domini. 152
8 Celadion præfuit annos 17. usq; ad an. domini. 169
9 Agrippinus præfuit annos. 13. usq; ad an. domini. 182
10 Iulianus præfuit annos. 9. usq; ad an. domini. 191
11 Demetrius præfuit annos. 41. usq; ad an. domimi. 232
12 Heracleas præfuit annos. 18. usq; ad an. domini. 250
13 Dionysius præfuit annos. 16. usq; ad an. domini. 266
14 Maximus præfuit annos. 19. usq; ad an. domini. 285
15 Theonas præfuit annos. 18. usq; ad ad domini. 303
16 Petrus præfuit annos. 12. usq; ad an. domini. 315
17 Achillas pręfuit annos. 7. usq; ad an. domini. 322
18 Alexander ordinatus eps: mox Arrium presbyterum de ecclesia eicit tanquam hæreticum. qui eiectus multos suæ impietati sociat. Ad quã perfidiam coarguendam concilium Nicenũ congregatum est. Pręfuit Alexander annos. 10. usq; ad an. domini. 332
19 Athanasius qui ab Arrianis persecutionem passus ad Constantinum refugit, ut ait Hieronymus, & Georgio per seditionem populi incenso, qui in locum Arhanasii ab Arrianis fuerat ordinatus, Athanasius Alexandriam reuertitur anno domini 365. A tempore autem ordinationis suæ usq; ad obitum eius fluxerunt anni. 45. scilicet usq; ad annum domini. 377
20 Petrus ordinatur eps anno dñi. 377. qui post Valentis interitum tam facilis in recipiendis hęreticis fuit: ut nonnullis suspicionem accepte pecuniæ intulerit.

De persecutionibus ecclesiæ. Cap. 4.

Persecutiones plurimas ecclesia passa est, & ultra persecutionem per Iudæos cõmotã, de qua Eusebius loquit lib 2. c. 1. historię ecclesiasticæ, plures alias persecutiones ibi legimus excitatas per imperatores Romanos.

Prima fuit sub Nerone, ut patet lib. 2. c. 24. ecclesiasticæ historiæ.
Secunda sub Domitiano lib. 3. c. 12.
Tertia sub Traiano lib. 3. c. 26. & . 27.
Quarta sub Antonino uero lib. 4. c. 13. 14. 15. 17. & li. 5. c. 1. 2. 3.

Quinta sub Seuero lib.6.d.1.
Sexta sub Maximino lib.6.c.19.
Septima sub Decio lib.6.c.28.
Octaua sub Gallo & Valeriano lib.7.c.9.10.11.12.
Nona sub Aureliano lib.7.c.25.
Decima sub Diocletiano lib.8.c.2.3.4.5.6.7.8.9.
Plures aliæ persecutiones contra ecclesiam dei fuerunt: quas hic breuitatis causa omittimus.

De Hæreticis & Schismaticis. Cap.5.

Haereticus, ut inquit Augustinus, est qui alicuius tẽporal is cõmodi uel maxime uanæ gloriæ principatusq; sui gratia falsas ac nouas opiniones uel gignit uel sequit. Plurimi fuerũt hæretici in ecclesia, quos enumerare longũ esset. Siquis autẽ eos noscere cupit, legat librũ beati Augustini de hæresibus, ad quod uult deũ. Quos etiã collegit Isidorus.8. lib. Etymo.c.5. & recitantur in decretis.24.q.3.c. Quidã autẽ hæretici. Differentiã autem inter Schismam & hæresim Hieronymus in epistolam ad Gal. assignat dicens. Inter hæresim & schisma hoc interesse arbitror, q̃ hæresis peruersũ dogma habeat Schisma post episcopalem discessionem ab ecclesia pariter separatur: quod equidem in principio aliqua ex parte intelligi potest diuersum. Cæterum nullum schisma est, nisi aliquam hæresim cõfingat ut recte ab ecclesia recessisse uideatur.

De Conciliis generalibus. Cap.6.

Canones generalium conciliorum, ut Isidorus air lib. 6. Etym. cap.16. à temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namq; annis persecutione feruente docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat episcopis licentia conueniendi in unum nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem christianis libere congregari. hæc ille. Quatuor autem sunt antiqua & præcipua generalia concilia: quibus alia quatuor adiecta sunt, & demum alia sunt subsecuta, ut scribitur in decretis d. 15. ca. Sicut sancti, Sicut sancti Euangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere, & uenerari me fateor, Nicenum scilicet Constantinopolitanum: Ephesinum primum, & Chalcedonense. De alii quatuor superadditis

tis dicitur. d. 16. c. Sancta octo, Sancta octo uniuersalia concilia, primum Nicenum: secundum Constantinopolitanum: tertiū Ephesinū: Calcedonēse quartū & quintū itē Constantinopolitanū: sextū item scilicet Constantinopolitanum, item Niceaum septimū: Octauum quoq; Constantinopolitanum: usq; ad unum apicem immucilata seruare; & pari honore & ueneratione digna habere. & quæ prædicauerunt & statuerunt, modis omnibus sequi & prædicare: & quæcunq; condemnauerunt, ore & corde cōdēnare profiteor. hæc ibi.

Primum ergo conciliū Nicenū congregatum est contra Arriū. 318. patrum tempore Syluestri Papæ & Constantini magni anno domini. 322. Quòd autem in libro Bedæ de temporibus scribitur hoc concilium celebratum esse tempore Iulii Papæ, error scriptoris est, quoniam completo imperio Constantini Iulius pontificatum accepit eo anno, quo tres Constantini filii acceperunt imperium patre defuncto, uidelicet anno domini. 341.

Secundum concilium congregatum est in Constantinopoli. 150. patrum cōtra Macedonium episcopum Constantinopolitanum: qui negabat spiritum sanctum esse deum. & contra Eudoxium idem sentientem, temporibus Damasi Papæ, & Gratiani principis anno domini. 383. ut annotat Prosper.

Tertium concilium congregatum est in Epheso. 300. patrum contra Nestorium Augustæ urbis episcopū sub Theodosio iuniore & Cœlestino Papa anno dñi. 433. ut annotat Prosper & Sigebertus: non sub Theodosio magno principe, ut falsò additum est in libro Bedæ, quia tunc non erat Cœlestinus Papa.

Quartum concilium congregatum est in Calcedone. 630. patrum cōtra Euthicen Constantinopolitanum abbatem sub Leone primo Papa temporibus Martiani principis anno domini. 455. ut scribit Matthæus Pam. licet Sigebertus annotet illud anno d. 452.

Quintum concilium congregatum est in Constantinopoli contra Theodorum Mosochenum & omnes hæreticos temporibus Vigilii Papę sub Iustiniano principe anno domini. 551. ut annotat Sigebertus. Ex quo patet error scriptoris in libro Bedæ de temporibus ut scribitur celebratum esse hoc concilium temporibus Iulii Papæ quia tunc non fuit Papa Iulius, sed Vigilius. hos autē errores eius. non ascribimus Bedæ, sed scriptoribus, uel impressoribus librorum

Sextum concilium congregatum est Constantinopoli temporibus Papæ Agothonis & Constantini. 4. principis anno domini. 681 ut scribit Sigebertus. In quo Macarius Antiochenus, & cuncti

duas uoluntates & operationes in unam Christi personam negantes anathematizantur. Et Georgius Constantinopolitanus episcopus ab errore Monochelitarum reuocatur.

Septimum Concilium fuit Nicenum secundum. In quo sancitum est spiritum sanctum à patre filioq; procedere,& sanctorum imagines non esse delendas anno domini.790.ut scribit Matthæus Palmerius imperante Constantino.6. cum Hirene matre eius sub Adriano primo,summo pontifice.

Octauum Concilium.300.patrum Constantinopoli celebratum est. In quo schisma de depositione Ignatii & ordinatione Focii ortum patres congregati extirparunt Foncium anathematizantes;& Ignatium restituentes.

Alia etiam Concilia celebrata sunt:de quibus scribitur d.16.c. prima annotatio, & ibi describuntur.24. synodus.

Demum postea nonnulla concilia subsecuta sunt uidelicet.

Concilium Vercellense, in quo Berengarius Turonensis ecclesiastici cuiusdã noui author erroris damnatus est anno domini. 1052

ut dicit Matthæus Palmerius. Et post duos annos synodus Florentiæ celebratur: in qua multi episcopi propter simoniam fornicatio nemue damnantur.

Concilium Florentię celebratur epõrum.340.anno domini. 1105 ut Matthæus Palmerius annotat.

Concilium Lateranense Hierosolymæ recuperandæ gratia celebratur epõrum.130.in quo libri quidam Abbatis Ioachin reprobãtur anno dñi.ut Matthæus Palmerius insinuat. 1215

Concilium Viennense,ut scribit Matthæus Palmerius incepit anno dñi & biennio completur. 1311

Concilium Pisis celebratur anno dñi.1409.secũdũ Matthæũ Palme. In quo accusati de collusione pontifices ambo priuantur,& Alexander Cretensis ad pontificatum assumitur.

Concilium Constantiense celebrari cœpit anno dñi. 1414.die.5. Nouembris, ut patet in actis eiusdem Concilii,& durauit annis tribus,usq; ad annum dñi.1418.inchoatum.

Concilium Basileæ congregatur anno do. 1438

Consilium Florentiæ celebratur per Eugenium.4. dissoluto per eum Concilio Basiliensi anno do.1436.sed inceptum fuerat Ferrariæ anno præcedenti.

Concilium Lateranense indicitur à Iulio.2. & sumit initium anno domini.1512.die.19.mensis Aprilis: & perdurauit per plures an-

nos etiam tempore Leonis. 10 qui dictum consiliũ pro secutus est usq; ad inchoatum annum domini. 1517. die. 16. Martii.
Concilium Tridentinum indicitur a Paulo 3. & summit initium anno domini 1541. & perdurauit usq; ad annum 1562. usq; ad tẽpora. Pii. 4. qui dictum Concilium prosecutus est.

De Ordinibus Religionum. *Cap. 7.*

ORdines religionum plures in ecclesia dei sunt instituti: quorum aliquos insigniores ordinate subiungemus.
Ordo communis clericorum p beato Petro & aliis apostolis institutus est.
Ordo monachorum in eremis Aegypti & Nitriæ tempore sancti Antonii abbatis instituitur, & roboratur diuersis tñ constitutionibus.
Ordo monachorum. S. Basilii: quibus ipse Basilius Cæsariens eps Cappadociæ reglam tribuit; ab eo originem habuit.
Ordo canonicorum regularium à beato Augustino episcopo institui- tur: Quibus regulam dedit; sub qua plures ordines reguntur. Refloruit hic ordo anno domini. 1080. sub Iuone: & postmodum etiam anno domini. 1380 reformatus est.
Ordo monachorum nigrorum sancti Benedicti ab ipso instituitur, quibus regulam scripsit: sub qua etiam plures ordines monachorum in Christo militant.
Ordo Gluniacensis sub Obdone sumpsit initium anno domini. 913 ut refert Vincentius in Speculo histo. li. 25. &. S. Antoninus in secũda parte chronicæ titulo. 15. c. 165. 1.
Ordo Canaldulensis à Beato Romualdo initium sumpsit in eremo Camaldulensi anno domini. 1012
Ordo uallis Vmarosæ à beato Ioanne Gualberti Florentino accepit exordiũ anno domini. 1070. Sub quo sunt Syluestrini. eodem habitu à quodam Syluestro dicti qui eum ordinem inchoauit in monte Fano propè Fabrianum in Marchia Anconitana.
Ordo Grandimontensis sub Stephano incepit anno domini. 1076
Ordo Carthusiensium initium habuit à Brunone an. domini. 1086
Ordo Cistertiensis & primum eius cœnobium fundatur an. d. 1098
Ordo templaris militiæ. S. Ioannis Hirosolymitani cœpit anno domini. 1120
Ordo præmonstratensium cœpit anno do. 1120
Ordo humiliatorũ licet inceperit anno do. 1017. tamen cumfirmationem accepit ab Innocentio. 3. anno do. 1200. ut affirmat san-

ctus Antonius in secunda parte chronicæ tit.15.c.23.

Ordo prædicatorum à beato Dominico inchoatur in partibus Tholosanis anno domini.1203.sub Innocentio.3.Sed postea confirmatur per Honorium.3.anno domini.1216.mense Decembri die sequente festum Thomæ apostoli. Moritur inde beatus Dominicus Bononiæ anno domini.1321.octauo idus Augusti, hoc est die.6. eiusdem mensis feria.6.Festum tamen eius die præcedente hoc est die.5.celebratur ex institutione Gregorii papæ.9.ut patet in bulla canonizationis eius ubi dicitur. Statuentes firmiter ac uniuersitati uestræ præsentibus iniungentes,ut nouis Augusti ante diem, quo posita carnis sarcina diues meritis penetrauit in sancta similis sanctorum factus in gloria: eius natalitia celebretis.

Ordo minorum à beato Francisco inchoatur post annnm do. 1206. scilicet post suam conuersionem sub Innocentio.3.Sed postea con firmatur per Honorium.3.anno domini.1223. mense Nouembri in uigilia.S.Andreę apostoli.Inde obiit beatus Franciscus. 4. nonas Octobris.die dominica anno domini. 1226.

Ordo Cruciferorum. licet quidam dicant quòd initium habuerit à Cyriaco episcopo Hierosolymitano:qui prius Iudas dicebatur: & ostendit Helenæ locum ubi crux iacebat, & postea martyrio coronatus est tamen confirmatur secundum quosdam per Innocentium. 4.post annum domini. 1243.

Ordo eremitarum.S.Augustini confirmatur per Alexandrum.4. post annum domini.1256.

Ordo Carmelitarum reformatur per Honorium.4 an.domini.1287.

Ordo Seruorum beatæ Mariæ à beato Philippo ad formam redigitur,& confirmatur post confirmationem Carmelitarum.

Ordo Cœlestinorum sic à Cœlestino.5.dictus confirmatur anno domini.1297.per Bonifacium.8.

Ordo sanctæ Birgittæ uirorum & mulierum ab eadem instituitur, & approbatur per Vrbanum.5.anno domini.1370.eodem anno incepit societas Iesuatorum sub Ioanne Columbino Senensi.

Ordo montis Oliuarum instituitur eodem anno dñi.1370.

Ordo mendicantium.S Hieronymi instituitur anno dñi.1407.

Ordo Canonicorum habit us cœlestini.5.Georgii de Alga per Laurentium Iustinianum instituitur eodem anno.

Ordo Scopetinorum siue.S.Saluatoris cœpit anno dñi.1410.

Ordo Minorū sancti Francisci de Paula confirmator per Xystum. 4.

Alios autem ordines patrum nominatos omittimus.

Duces olim regebant Francos usq; ad initium anni domini. 420 Sed, ut ait Sigebertus, Simone & Marcomiro Francorum ducibus defunctis, Franci in commune deliberant, ut & ipsi, sicut aliæ gentes, regnum habeant. & filium Marcomiri ducis, Pharamundum sibi Regem constituunt anno domini. 420

1 Pharamundus regnauit annis. 11. usque ad annum domini. 430
Cuius anno. 3. Franci uti cœperunt legibus & legem Salicam dictauerunt per quatuor gentis suæ proceres electos ex pluribus, ut scribit Sigebertus.

2 Clodius filius eius regnauit an. 18. usq; ad an. do. 448

3 Merouceus filius eius regnauit an. 10. usq; ad annũ domini. 458
à quo Franci cognominati sunt Merouingi, ut ait Sigebertus.

4 Hildericus primus filius eius regnauit an. 26. usq; ad an. do. 484
hunc insolenter & luxuriose se agentem Franci regno deturbant. Qui data aurei medietate amico suo Vuidiomaro quòd esset signũ reuocationis suæ, siquando intercederet reconciliatio apud Bassinum regem Turingorum, latuit annis 8. Franci uero Egidium ducem Romanorum Regem sibi præficiunt, ut ait sigebertus. & anno domini. 469. Egidius cum Francos opprimeret grauius iusto, perpendens Vuidiomarus Francos pœnitere super eiecto Hilderico: reuocat eum clam misso diuisi aurei signo, egitq; ut eiecto Egidio, ille restitueretur in Regnum.

5 Clodoueus primus, filius eius regnauit an. 30. usq; ad an. do. 514
Hic duxit uxorem Clotildem filiam Chilperici regis Burgundionum: quæ orthodoxa Clodoueum Regem uirum suum à gentilitatis errore auocare conabatur. Tandem anno domini. 499. ut refert Sigebertus, Clodoueus rex Alemannis bello congreditur: ibiq; laborante exercitu: uoto suscipiendi Christianismum se obligare cogitur: Sicq; perempto Alemannorum Rege. & Alemannia sub tributo redacta: baptizatus à santo Remigio Remorum epo, exemplo & edicto suo perduxit ad fidem Christi populum Francorum.

6 Lotharius primus, filius eius post mortem patris cõpartito regno cũ fratribus suis Theoderico, Clodomire, & Hildeberto, regnauit an. 50. usq: ad annum domini. 564

7 Chilperius primus, filius eius compartito regno cum fratribus suis Heriberto, Gutranno, & Sigeberto, regnauit an. 23. usq; ad annum

dñi 587. quo anno iussu uxoris Fredegundis occiditur. 587

8 Lotharius. 2. filius eius infans quatuor mensium in regno sublimatus regnauit an. 44. usq; ad an do. 631

9 Dagobertus filius eius regnauit an. 17 ad. an. do. 645

10 Clodoueus. 2. filius eius regnauit an. 47. ad an do. 662
Hic anno regni sui. 15. corpus, sancti Dionysii Parisiis disco operiens minus religiose, licet cupide, os brachii eius fregit & rapuit: moxq; in amentiam perpetuam incidit, ut ait Sigebertus.

11 Lotharius. 3. filius eius regnauit an. 4. ad an. domini. 666

12 Theodericus primus, frater eius regnauit an. 1 ad an. do. 667
Hic nanq; propter insolentiam Ebroini maioris domus à Francis repudiatur, & frater eius Hildericus, qui in Austria regnabat à cunctis ad regnandum euocatur. Porrò Theodericus & Ebroinus tonsorantur, & Theodericus Parisiis in cœnobio. S. Dionysii. Ebroinus in Luxouio relegantur.

13 Hildericus 2. frater eius regnauit an. 12. ad annum domini. 679
Theodericus interfecto Hilderico à Bodilo Franco à Francis regno restituitur, & regnauit an. 14. ad an. do. 693

14 Clodoueus. 3. filius eius regnauit an. 4 ad an. d. 697

15 Hildebertus frater eius regnauit an. 18. usq; ad an. do. 715

16 Clodoueus 4 filius eius regnauit an. 4 usq; ad an do. 719

17 Lotharius. 4. regnauit an. 2. usq; ad annum domini. 721

18 Chilpericus. 2 regnauit an. 5. usq; ad annum domini. 726

19 Theodericus. 2. regnauit an. 15. usq; ad annum domini. 741

20 Hildericus. 3. regnauit an. 9 usq; ad annum domini. 750
Et inde in monachum tonsoratur. Pipinus uero princeps authoritate apostolica & Francorum electione à sancto Bonifacio Maguntiæ archiepiscopo in Regem ungitur & consecratur.

21 Pipinus ergo regnauit an. 18. usq; ad annum domini. 768

22 Carolus filius eius Magnus nuncupatus ob felicitatis magnitudinē compartito cum fratre suo Carolomanno regno, regnauit an. 47. usq; ad annum domini. 815
Anno. 3. regni eius Carolomannus Regis Caroli frater obiit.
Post annos uero. 33. regni eius, accepit Carolus imperiū Romanorum anno d. 801 & tunc simul inde concurrunt imperium Romanorum & regnum Francorum usq; ad Carolum sequentem.

23 Ludouicus primus cū Lothario filio imperauit an. 25. ad. an. d. 840

24 Lotharius. 5. imperium usurpans imperauit an. 15. & postquam imperasset annos. 4. ut Sigeberto placet, Carolus frater eius Regnum

Franciæ adeptus est anno imperii ipsius Lotharii quinto inchoato. & inde distinguuntur Reges Franciæ ab imperatoribus Romanis.

25 Carolus ergo primus regnauit in Francia an 34.scilicet usq; ad an. do.878.ut ait Sigebertus, cuius ordinem etiam in sequentibus Re gibus Franciæ imitamur. 878

26 Ludouicus secundus Balbus regnauit in Francia annos duos ad an num domini. 880

27 Ludouicus tertius & Carolomannus rægnauerũt annos quinq; ad an num domini. 885

28 Carolus.2 regnauit an.5.usq; ad annum domini. 890

29 Oddo filius Roberti regnauit an.9 ad an.do. 899

30 Carolus.3. cognomento Simplex regno Francorum toto recepto re gnauit an.27.usq; ad annum domini. 926

31 Rodulphus regnauit an 2.usq; ad annum domini. 928

32 Ludouicus 4 Caroli Simplicis filius regnauit an.27 ad an.d. 955

33 Lotharius.6 filius eius regnauit an.31.ad an.domini. 986

34 Ludouicus quintus filius eius regnauit an 1.ad annũ domini. 987

35 Hugo cognomento Caputius siue Clapeth regnum usurpans regnauit an.9.usq; ad annum domini 996.Dicit enim Sigebertus: Ludouico Francorum Rege mortuo, Francis regnum transferre uolenti bus ad Carolum ducem fratrem Lotharii Regis: dum ille rem ad consilium defert: Regnum Francorum usurpat Hugo filius Hugonis Parisiensis ex Auuide sorore primi Othonis imperatoris,& re gnauit an.9.Carolus uero dux certans cum Hugone: quarto tandem anno moritur:& finem habuerunt Reges ex genere Caroli magni.

36 Robertus Hugonis filius regnauit an.34.ad an.do. 1030

37 Henricus filius eius regnauit an.30 ad annum domini. 1060

38 Philippus primus filius regnauit an.49.ad an.domini. 1109

39 Ludouicus.6.filius eius regnauit an.28.usq; ad an do. 1137

40 Ludouicus.7.filius eius regnauit an.44.usq; ad an.do. 1181

tercalari propter bissextũ receptum, anticipat sedẽ suam respectu bissexti præteriti per minuta.42. secũda.56. Patet ergo quo die calendarii Romani, poni debet æquinoctiũ vernale quod primi men sis definitionem & paschæ rationem ingreditur. Nam hac tẽpesta te cõueniẽter locari potest die.10. Martii, quia vt plurimum in eo contingit. Et nox illa, quę sequitur diem decimum Martii hac tem pestate est horarũ duodecim Quamobrem dies vndecimus Martii erit idoneus pro paschæ celebratione, si ętas lunę consenserit. Ex qua computatione Alphonsina patet quod quibusq; centum trigin taduobus annis, æquinoctia atque solstitia anticipant sedes suas ad diẽ vnum: licet Albategni hoc ponat quibusq; centũ sex annis.


De æquinoctio autumnali.

HAbito de æquinoctio uernali: erit etiam in promptu æquinoctium autumnale. Semper enim æquali interuallo distant vi delicet per dies. 187. horas .0. minuta. 26. exempli gratia. Si Sol ingressus fuerit æquinoctium uernale die decima Martij in meridie: ingredietur eodem anno æquinoctium autumnale die. 13. Septembris ad. 26. minuta post meridiẽ Et si Sol ingressus fuerit æqui noctiũ uernale die undecima Martij in meridie: ingredietur æqui noctium autumnale eodem anno die. 14. Septembris post meridiẽ minutis. 26. Sicq; in cæteris. Cum ergo Sol pertranseat totum zodiacum in diebus. 365. cum quadrante ferè sequitur quod tardius pertranseat vnam medietatem zodiaci quàm aliam in diebus nouem propter ecentricum. Nam à principio Arietis ad principium Libræ propter intermediam augem peragit cursum suum diebus. 187. A capite uero Libræ ad caput Arietis propter oppositionem augis cursum peragit diebus. 178.

Additio extraordinaria de uentis cœli.

VEnti cœli. 16. distinguuntur: quorum quatuor sunt cardinales & principales à quatuor cœli plagis procedentes. Nam in oriente æquinoctiali est uentus Apeliotes uel Subsolanus. In occidente æquinoctiali est Zephyrus uel Fauonius. In Septentrione Apartias uel Aquilo. In Meridie Notus uel Auster. Quatuor etiã alij sunt precipui: qui medij sunt per eq distantiã inter prædictos quatuor. Nã inter oriẽtem & Meridiẽ

est Scilochus. Inter meridiem & occidentem est Garb inus uel Libeccius, Inter occidentem & septentrionem est uentus magistralis. Inter septentrionem & orientem est Græcus. Octo uero inter omnes prædictos inferuntur: quorū duo sunt ex parte orientali: unus uidelicet à dextris orientalis æquinoctialis in orientali æstiuo: qui dicitur Vulturnus uel Cecias. Alter à sinistris in orientali hyemali: qui dicitur Eurus. Duo uero similiter per oppositum. Nam in occidentali hyemali est Libs uel Aphricus. In occidentali æstiuo est Corus, uel Argestes siue Iapix. Duo autem sunt septentrionales Vnus à dextris septentrionis, qui dicitur Trascias uel Circius. Alter à sinistris, uidelicet Boreas. Et hi duo sunt in circulo arctico in polo zodiaci. Duo uero similiter per oppositum in circulo antarctico. A dextris quidem Euronotus: à sinistris uero Libonotus: vt apparet in sequenti effigie.



De cyclo magno continente annos.247.per quem Hebræi hac tempestate pascha suum inquirunt.

QVia iuxta supputationes Gamalielis hebræi, lunationes omnes redeunr post tredecim cyclos lunares ad eã dem feriam& horã ferè,in qua prius factæ fuerunt:ideo Iudęi tabulam constituerunt ad inueniendũ pascha eorum & omnia legis festa numero annorũ .247.quoniã post.247.annos oĩa festa legis redeũt eodẽ modo sicut prius celebrata fuerũt. sicut pascha nostrũ iuxta canones ab ecclesia hactenus obseruatos redit semper post annos.532.eodem modo sicut celebratũ fuit. In hac igitur tabula prima colũnula ad sinistram continet annos dñi Secũda annos à creatione mũdi secũdũ hebraicã ueritatẽ, licet ipsi Hebræi minuãt annos ducẽtos tpe nostro . Terria aureũ numerũ cycli lunaris:quẽ Hebræi obseruãt.Quarta feriã, qua annus secũdũ Hebræos incipiet in neomænia mẽsis Tisri hoc est septimi . Quinta qualitatẽ ãni an sit cõis uel embolismicus:& an sit mediocris:& ꝑm ordinẽ ãni lunaris,an sit die uno excrescẽs , an die uno deficiẽs Sexta feriã diei paschalis hebræorũ,ut sequẽs descriptio.docet.

Anni dñi	Anni mũdi	Cyclus lunaria	Feria neomenię ãni	Qualitas anni	Feria paschæ
1501	5461	17	tertia	embolismus ordinatus	septima
1502	5462	18	secunda	communis abundans	quinta
1503	5463	19	septima	embolismus deficiens	tertia
1504	5464	1	quinta	communis ordinatus	septima
1505	5465	2	secunda	communis abundans	quinta
1506	5466	3	septima	embolismus abundans	quinta
1507	5467	4	septima	communis deficiens	prima
1508	5468	5	tertia	communis ordinatus	quinta
1509	5469	6	septima	embolismus abundans	quinta
1510	5470	7	septima	communis abundans	tertia
1511	5471	8	quinta	embolismus deficiens	prima
1512	5472	9	tertia	communis ordinatus	quinta
1513	5473	10	septima	communis abundans	tertia
1514	5474	11	quinta	embolismus abundans	tertia
1515	5475	12	quinta	communis ordinatus	septima
1516	5476	13	scunda	communis deficiens	tertia
1517	5477	14	quinta	embolismus abundans	tertia
1518	5478	15	quinta	communis ordinatus	septima

Anni dñi	Anni mũdi	Cyclus lunaris	Feria neomeniæ anni.	Qualitas anni	Feria paſchæ
1519	5479	16	ſecunda	communis abundans	quinta
1520	5480	17	ſeptima	emboliſmus deficiens	tertia
1521	5481	18	quinta	communis ordinatus	ſeptima
1522	5482	19	ſecunda	emboliſmus abundans	ſeptima
1523	5483	1	ſecunda	communis deficiens	tertia
1524	5484	2	quinta	communis ordinatus	ſeptima
1525	5485	3	ſecunda	emboliſmus abundans	ſeptima
1526	5486	4	ſecunda	communis abundans	quinta
1527	5487	5	ſeptima	communis deficiens	prima
1528	5488	6	tertia	emboliſmus ordinatus	ſeptima
1529	5489	7	ſecunda	communis abundans	quinta
1530	5490	8	ſeptima	emboliſmus deficiens	tertia
1531	5491	9	quinta	communis abundans	prima
1532	5492	10	tertia	communis ordinatus	quinta
1533	5493	11	ſeptima	emboliſmus abundans	quinta
1534	5494	12	ſeptima	communis abundans	tertia
1535	5495	13	quinta	communis ordinatus	ſeptima
1536	5496	14	ſecunda	emboliſmus deficiens	quinta
1537	5497	15	ſeptima	communis abundans	tertia
1538	5498	16	quinta	communis mediocris	ſeptima
1539	5499	17	ſecunda	emboliſmus deficiens	quinta
1540	5500	18	ſeptima	communis abundans	tertia
1541	5501	19	quinta	emboliſmus abundans	tertia
1542	5502	1	quinta	communis mediocris	ſeptima
1543	5503	2	ſecunda	communis deficiens	tertia
1544	5504	3	quinta	emboliſmus abundans	tertia
1545	5505	4	quinta	communis mediocris	ſeptima
1546	5506	5	ſecunda	communis abundans	quinta
1547	5507	6	ſeptima	emboliſmus deficiens	tertia
1548	5508	7	quinta	communis mediocris	ſeptima
1549	5509	8	ſecunda	emboliſmus abundans	ſeptima
1550	5510	9	ſecunda	communis deficiens	tertia
1551	5511	10	quinta	communis abundas	prima
1552	5512	11	tertia	emboliſmus mediocris	ſeptima
1553	5513	12	ſecunda	communis abundans	quinta
1554	5514	13	ſeptima	communis deficiens	prima
1355	5515	14	tertia	emboliſmus mediocris	ſeptima

Anni dñi	Anni mũdi	Cyclus lunaris	Feria neomeniæ ãni	Qualitas anni.	Feria paſchæ
1556	5516	15	ſecunda	communis abundans	quinta
1557	5517	16	ſeptima	communis abundans	tertia
1558	5518	17	quinta	embolifmus deficiens	prima
1559	5519	18	tertia	communis mediocris	quinta
1560	5520	19	ſeptima	embolismus abundans	quinta
1561	5521	1	ſeptima	communis abundans	tertia
1562	5522	2	quinta	communis mediocris	ſeptima
1563	5523	3	ſecunda	emboliſmus deficiens	quinta
1564	5524	4	ſeptima	communis abundans	tertia
1565	5525	5	quinta	communis mediocris	ſeptima
1566	5526	6	ſecunda	emboliſmus deficiens	quinta
1567	5527	7	ſeptima	communis abundans	tertia
1568	5528	8	quinta	emboliſmus abundans	tertia
1569	5529	9	quinta	communis mediocris	ſeptima
1570	5530	10	ſecunda	communis deficiens	tertia
1571	5531	11	quinta	emboliſmus abundans	tertia
1572	5532	12	quinta	communis mediocris	ſeptima
1573	5533	13	ſecunda	communis abundans	quinta
1574	5534	14	ſeptima	emboliſmus deficiens	tertia
1575	5535	15	quinta	communis mediocris	ſeptima
1576	5536	16	ſecunda	communis abundans	quinta
1577	5537	17	ſeptima	emboliſmus abundans	quinta
1578	5538	18	ſeptima	communis deficiens	prima
1579	5539	19	tertia	emboliſmus mediocris	ſeptima
1580	5540	1	ſecunda	communis abundans	quinta
1581	5541	2	ſeptima	communis abundans	tertia
1582	5542	3	quinta	emboliſmus deficiens	prima
1583	5543	4	tertia	communis mediocris	quinta
1584	5544	5	ſeptima	communis abundans	tertia
1585	5545	6	quinta	emboliſmus deficiens	prima
1586	5546	7	tertia	communis mediocris	quinta
1587	5547	8	ſeptima	emboliſmus abundans	quinta
1588	5548	9	ſeptima	communis abundans	tertia
1589	5549	10	quinta	comunis mediocris	ſeptima
1590	5550	11	ſecunda	emboliſmus deficiens	quinta
1591	5551	12	ſeptima	communis abundans	tertia
1592	5552	13	quinta	communis mediocris	ſeptima

Anni dñi	Anni mũdi	Cyclus lunaris	Feria neomeniæ ãni	Qualitas anni	Feria paschę
1593	5553	14	secunda	embolismus abundans	septima
1594	5554	15	secunda	communis deficiens	tertia
1595	5555	16	quinta	comunis mediocris	septima
1596	5556	17	secunda	embolismus abundans	septima
1597	5557	18	secunda	communis abundans	quinta
1598	5558	19	septima	embolismus deficiens	tertia
1599	5559	1	quinta	communis mediocris	septima
1600	5560	2	secunda	communis abundans	quinta
1601	5561	3	septima	embolismus deficiens	tertia
1602	5562	4	quinta	communis mediocris	septima
1603	5563	5	secunda	communis abundans	quinta
1604	5564	6	septima	embolismus abundans	quinta
1605	5565	7	septima	communis deficiens	prima
1606	5566	8	tertia	embolismus ordinatus	septima
1607	5567	9	secunda	communis abundans	quinta
1608	5568	10	septima	communis abundans	tertia
1609	5569	11	quinta	embolismus deficiens	prima
1610	5570	12	tertia	communis ordinatus	quinta
1611	5571	13	septima	communis abundans	tertia
1612	5572	14	quinta	embolismus abundans	tertia
1613	5573	15	quinta	communis ordinatus	septima
1614	5574	16	secunda	communis deficiens	tertia
1615	5575	17	quinta	embolismus abundans	tertia
1616	5576	18	quinta	communis ordinatus	septima
1617	5577	19	secunda	embolismus deficiens	quinta
1618	5578	1	septima	communis abundans	tertia
1619	5579	2	quinta	communis ordinatus	septima
1620	5580	3	secunda	embolismus abundans	septima
1621	5581	4	secunda	communis deficiens	tertia
1622	5582	5	quinta	communis abundans	prima
1623	5583	6	tertia	embolismus ordinatus	septima
1624	5584	7	secunda	communis abundans	qninta
1625	5585	8	septima	embolismus deficiens	tertia
1626	5586	9	quinta	communis ordinatus	septima
1627	5587	10	secunda	communis abundans	quinta
1628	5588	11	septima	embolismus deficiens	tertia
1629	5589	12	quinta	communis abundans	prima

Anni dñi	Anni mũdi	Ciclus lunaris	Feria neomeniæ ãni	Qualitas anni.	Feria paſchæ
1630	5590	13	tertia	communis ordinatus	quinta
1631	5591	14	ſeptima	emboliſmus abundans	quinta
1632	5592	15	ſeptima	communis abundans	tertia
1633	5593	16	quinta	communis ordinatus	ſeptima
1634	5594	17	ſecunda	emboliſmus deficiens	quinta
1635	5595	18	ſeptima	communis abundans	tertia
1636	5596	19	quinta	emboliſmus deficiens	prima
1637	5597	1	tertia	communis ordinatus	quinta
1638	5598	2	ſeptima	communis abundans	tertia
1639	5599	3	quinta	emboliſmus abundans	tertia
1640	5600	4	quinta	communis ordinatus	ſeptima
1641	5601	5	ſecunda	communis deficiens	tertia
1642	5602	6	quinta	emboliſmus abundans	tertia
1643	5603	7	quinta	communis mediocris	ſeptima
1644	5604	8	ſecunda	emboliſmus deficiens	quinta
1645	5605	9	ſeptima	communis abundans	tertia
1646	5606	10	quinta	communis mediocris	ſeptima
1647	5907	11	ſecunda	emboliſmus abundãs	ſeptima
1648	5608	12	ſecunda	communis deficiens	tertia
1649	5609	13	quinta	communis abundans	prima
1650	5610	14	tertia	emboliſmus mediocris	ſeptima
1951	5611	15	ſecunda	communis abundans	quinta
1652	5612	16	ſeptima	communis deficiens	prima
1653	5613	17	tertia	emboliſmus mediocris	ſeptima
1654	5614	18	ſecunda	communis abundans	quinta
1655	5615	19	ſeptima	emboliſmus abundans	quinta
1656	5616	1	ſeptima	communis deficiens	prima
1657	5617	2	tertia	communis mediocris	quinta
1658	5618	3	ſeptima	emboliſmus abundans	quinta
1659	5619	4	ſeptima	communis abundans	tertia
1660	5620	5	quinta	communis mediocris	ſeptima
1661	5621	6	ſecunda	emboliſmus deficiens	quinta
1662	5622	7	ſeptima	communis abundans	tertia
1663	5623	8	quinta	emboliſmus deficiens	prima
1664	5624	9	tertia	communis mediocris	quinta
1665	5625	10	ſeptima	communis abundans	tertia
1666	5626	11	quinta	emboliſmus abundans	tertia

Anni dñi	Anni mũdi	Cyclus lunaris	Feria neomeniæ ãni	Qualitas anni	Fetia paſchæ
1667	5627	12	quinta	communis mediocris	ſeptima
1668	5628	13	ſecunda	communis deficiens	tertia
1669	5629	14	quinta	emboliſmus abundans	tertia
1670	5630	15	quinta	communis mediocris	ſeptima
1671	5631	16	ſecunda	communis abundans	quinta
1672	5632	17	ſeptima	emboliſmus deficiens	tertia
1673	5633	18	quinta	communis mediocris	ſeptima
1674	5634	19	ſecunda	emboliſmus abundans	ſeptima
1675	5635	1	ſecunda	communis abundans	quinta
1676	5636	2	ſeptima	communis deficiens	prima
1677	5637	3	tertia	emboliſmus mediocris	ſeptima
1678	5638	4	ſecunda	commnnis abnndans	quinta
1679	5639	5	ſeptima	comunis abundans	tertia
1680	5640	6	quinta	emboliſmus deficiens	ptima
1681	5641	7	tertia	communis mediocris	quinta
1682	5642	8	ſeptima	emboliſmus abundans	quinta
1683	5643	9	ſeptima	communis deficiens	prima
1684	5644	10	tettia	communis mediocris	quinta
1685	5645	11	ſeptima	emboliſmus abundans	quinta
1686	5646	12	ſeptima	communis abundans	tertia
1687	5647	13	quinta	communis mediocris	ſeptima
1688	5648	14	ſecunda	emboliſmus deficiens	quinta
1689	5649	15	ſeptima	communis abundans	tertia
1690	5650	16	quinta	communis mediocris	ſeptima
1691	5651	17	ſecunda	emboliſmus abũdans	ſeptima
1692	5652	18	ſecunda	commnnis deficiens	tertia
1693	5653	19	quinta	emboliſmus abundans	tertia
1694	5654	1	quinta	communis mediocris	ſeptima
1695	5655	2	ſecunda	communis abundans	quinta
1696	5656	3	ſeptima	emboliſmus abundans	tertia
1697	5657	4	quinta	communis mediocris	ſeptima
1698	5658	5	ſecunda	communis abundans	quinta
1699	5659	6	ſeptima	emboliſmus deficiens	tertia
1700	5660	7	quinta	communis abundans	prima
1701	5661	8	tertia	emboliſmus medioetis	ſeptima
1702	5662	9	ſecunda	communis abundans	quinta
1703	5663	10	ſeptima	communis deficiens	prima

nni dñi	Anni mũdi	Cyclus lunaris	Feria neomeniæ ani	Qualitas anni	Fetia paschæ
1704	5664	11	tertia	embolifmus mediocris	feptima
1705	5665	12	fecunda	communis abundans	quinta
1706	5666	13	feptima	communis abundans	tertia
1707	5667	14	quinta	embolifmus deficiens	prima
1708	5668	15	tertia	communis mediocris	quinta
1709	5669	16	feptima	communis plenus	tertia
1710	5670	17	quinta	embolifmus plenus	tertia
1711	5671	18	quinta	communis mediocris	feptima
1712	5672	19	fecunda	embolifmus deficiens	quinta
1713	5673	1	feptima	communis pleaus	tertia
1714	5674	2	quinta	communis mediocris	feptima
1715	5665	3	fecunda	embolifmus deficiens	quinta
1716	5676	4	feptima	communis pleaus	tertia
1717	5677	5	quinta	communis mediocris	feptima
1718	5678	6	fecunda	communis plenus	feptima
1719	5679	7	fecunda	communis deficiens	tertia
1720	5680	8	quinta	embolifmus plenus	tertia
1721	5681	9	quinta	cõmunis mediocris	feptima
1722	5682	10	fecunda	communis plenus	quinta
1723	5683	11	feptima	embolifmus deficiens	tertia
1724	5684	12	quinta	communis mediocris	feptima
1725	5685	13	fecunda	communis plenus	quinta
1726	5686	14	feptima	embolifmus deficiens	tertia
1727	5687	15	quinta	communis abundans	prima
1728	5688	16	tertia	communis mediocris	quinta
1729	5689	17	feptima	embolifmus abundans	quinta
1730	5690	18	feptima	communis deficiens	prima
1731	5691	19	tertia	embolifmus mdiocris	feptima
1732	5692	1	fecunda	communis abundans	quinta
1733	5693	2	feptima	communis abundans	tertia
1734	5694	3	quinta	embolifmus deficiens	ptima
1735	5695	4	tertia	communis mediocris	
1736	5696	5	feptima	communis abundans	
1737	5697	6	quinta	embolifmus abundans	
1738	5698	7	quinta	communis medioctis	
1739	5699	8	fecunda	embolifmus deficiens	
1740	5700	9	feptima	communis abundans	

Anni dñi	Anni mūdi	Cyclus lunaris	Feria neomeniæ āni	Qualitas ānni
1741	5701	10	quinta	communis mediocris
1742	5702	11	secunda	embolismus deficiens
1743	5703	12	septima	communis abundans
1744	5704	13	quinta	communis mediocris
1745	5705	14	secunda	embolismus abundans
1746	5706	15	secunda	communis deficiens
1747	5707	16	quinta	communis abundans.

Deuolutis autem annis prædictis. 247. redeundum est ad principium tabulæ & sic deinceps in perpetuum.

Tabula capitum ſequentis opuſculi.

Tabula iuxta literas Alphabeti.

DE VERO DIE PASSIONIS CHRISTI AC TEMPORE totius uitæ ipsius, opusculum editum per Ioannem Lucidum natione Gallum.

PROOEMIVM.

ORta est quæstio inter duos iuuenes eruditos, alterũ clericum, alrerum uero laicum: quo anno, quo mẽse, quoue die Dominus ac Saluator noster in cruce passus fuerit: & consequẽter de totius vitæ Christi tempore disseruerunt. Laicus asserebat Christũ passum esse anno ab incarnatione sua trigesimoquarto expleto: & ab ortu suo trigesimoquarto currente per tres menses. 8. calendas Aprilis hoc est die. 25. Martii eodem. s. die, quo & conceptus fuerat. Clericus uero affirmabat ipsum passum anno præcedenti, uidelicet à cõceptione sua expleto anno. 33. decemq; diebus: & à natiuitate sua trigesimotertio currẽte per tres mẽses ac dies decẽ. 3. nonas Aprilis hoc est die. 3. eiusdem mensis. Vterq; sententiam suam authoritatibus ac rationibus roborare nitebatur. Cumq; alter alteri post multã disceptationẽ nullo modo cedere uellet: in hoc unà cõuenerunt, ut recursum haberent ad seniorem ueritatis censorem. Itaque uno animo super hoc sententiam meam requirentes: promiserunt se uelle acquiescere iudicio ac censuræ determinationis meæ. Auditis igitur utriusq; rationibus: quid super hac re tenendũ esset pro captu ingenii mei, ipsis audientibus censui: & ipsis rogantibus, ut cæteris hæc ueritas manifestari possit, quæ prius uerbis coràm eis explicauerã, rursus in scriptis redegi in hoc breui opusculo de uero die passionis Christi, ac totius uitæ ipsius tẽpore. Difficilis profecto & ardua quæstio necdum per ecclesiã determinata: propterea quicquid scripsi in hoc opusculo & in ceteris meis editionibus & cõmentariis totum humiliter subiicio determinationi sanctæ Romanæ ecclesiæ: cum sim ueritatis non ostentationis amator. Non potest autem solui hæc ardua, sed utilis quæstio, nisi per doctrinam sacræ paginæ & Astronomicam disciplinam ac temporum descriptionem. Cum igitur expositores sacri eloquii, necnon & Astronomi, atq; Chronographi inter se diuersa & quandoq; opposita sentiant, sicut in aliarum scientiarũ authoribus accidere solet. in quibus uaria & sæpe contraria ipsi authores inuicem opinantur: hinc est quòd in decisione huius quæstionis difficultas non modica super additur: & præcipue quoniã cũ ueritas quæritur, necesse est, ut

quidam authores in suis quibusdam opinionibus non recte consyderatis,neq; ualida ratione probatis,quandoq; improbentur. Qua de re quorundā animi offendūtur,eo quod nimio ipsis doctoribus afficiantur amore Sed ratio ueritatis cuiuslibet hominis authoritati præponenda est:cū & Aristoteles dicat Amicus Plato,& amicus Socrates:sed magis amica ueritas. Licet autem primo aspectu que stio hęc terrorē nobis ingerat: si autem diligenter consyderemus euangelica dicta necnō Solis & Lunę motum ac temporum descriptionem perscrutemur. Dei adiutorio non multo labore huius rei ueritatē ualida probatione reperiemus. Sed prius quædam hypotheses pręsupponendę sunt:ex quibus ueritas temporis uitæ & mortis Christi manifesta ratione comprobata penitus elucescet.

Prima hypothesis de tempore uitæ & mortis Christi. Cap. I.

PRima hypothesis est de tempore uitæ & mortis Christi,quod habetur ex euāgelica ueritate declarata iuxta usum & diu approbatam consuetudinē ecclesiæ: cui super omnia penitus adhęrendū est. Christi nāq; ortus ab Euangelistis describitur fuisse Cæsare Augusto imperāte Romæ,eo.s.tempore,quo eius edicto primo describebatur uniuersus orbis,ut scribitur Luc. 2. Atq; in Iudæa regnāte Herode primo alienigena ablato regno à Iudæis iuxta prophetiā Iacob qui ait Gen. 49. Non auferetur sceptrū de Iuda & dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est,sicut describitur Matth. 2.c. Cum natus esset Iesus in diebus Herodis regis & c. Baptismus quoq; Christi Luc. 3. enarratur fuisse anno 15.imperii Tiberii Cæsaris,& tunc ipse Iesus,ut ibi dicitur,erat incipiens quasi annorum 30. Passio uero eius & mors ab Euangelistis describitur fuisse die sequenti postquā comederat agnum paschalem iuxta legis præceptum,quia uenerat legem adimplere, ut scribitur Matth. 5. Pręcipitur enim Exodi. 12.ut comedatur agnus paschalis luna. 14. primi mensis ad uesperam:& idem confirmatur Leuit. 23. Vbi luna. 14. dicitur dies. 14 primi mensis:& dicebatur prima dies azimorum, quoniam per totam hebdomadam comedebant azima.& tunc prima die azimorum ad uesperam, Christus agnum paschalem cum azimis & lactucis agrestibus comedit Dicitur enim Matth. 26. Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Et Luc. 22. dicitur. Venit

autem dies azimorum,in qua necesse erat occidi pascha;& misit Pe trũ & Ioanẽ dicẽs. Euntes parate nobis pascha,ut manducemus &c, Tunc autem erat luna. 14. Nam dicit Chrysostomus. Primam azi morum eam diẽ uocant,quæ ante azima erat. Consueuerunt enim à uespera semper dies enumerare:& eius mentionẽ facere in uespe ra,cuius pascha erat immolandum. Quinta enim sabbati discipu li ad Christum accesserunt:quam hac primam azimorum,id est an te azima uocat, tempus designans quo discipuli accesserunt ad Ie sum. hæc ille. Et hoc idẽ confirmatur per usum ecclesiæ quæ cœnã domini celebrat feria. 5. uidelicet pridie quã pateretur. Et tunc fuit eclipsis illa mirabilis à sexta usq; ad nonam: quã etiã uidit Diony sius Areopagita in Aegypto: qui in epistola ad Polycarpũ dicit eã contigisse in plenilunio. Quòd autẽ fuerit feria. 6. patet ex Euan gelistis,qui dicunt eum passum in parasceue ante sabbatũ, quæ est feria. 6. id est dies ueneris. Nam dicitur Marci. 15. Quia erat para sceue,quod est ante sabbatũ:uenit Ioseph &c. Dies autem quæ præ cedit sabbatum, est feria. 6. hinc est quod ecclesia celebrat Christi passionem die ueneris post cœnam dominicam. Nec est dicendũ quod Christus comederit agnũ luna. 13. ut putãt Græci:qui asserũt Christũ anticipasse pascha, & comedisse agnũ cum pane fermenta to, & in eo cõsecrasse:quia hoc esset contra legem,quæ præcipit, ut agnus cũ azimis comedatur luna. 14. Christus autẽ nunquã fuit legi contrarius,ut dicit Chrysost. Quòd autẽ nõ anticipauerit pascha, probatur etiã ex uerbis Marci. 14. dicentis. Primo die azimorum quãdo pascha immolabãt uidelicet s͡m legẽ:quæ præcipit,ut come daẽ agnus cũ azimis primo die azimorũ luna. 14. ad uesperã. Nec obstat quod dicit Ioãnis 13. Ante diẽ festum paschæ cœnã fecisse quia dies fest⁹ & solẽnis erat die sequẽti post agni comestionẽ. s. lu na. 15. Nã dicit Leuit. 23. Mense primo. 14. die mẽsis ad uesperum phase dñi est:&. 15. die mẽsis huius solẽnitas azimorũ dñi est. Sed utrũ Iudæi tũc fecerint pascha iuxta legis edictũ: an iuxta traditio nem seniorũ:in solutione quõnis inferius declarabimus. Post mortẽ Christi cum transisset sabbatum,prima sabbati, hoc est tertia die à morte sua dñs resurrexit à mortuis die Solis, quæ est dies domini ca. Quapropter ecclesia semper celebrat pascha resurrectionis die dñica. Hæc omnia prædicta tãquã uera firmiter tenẽda sunt:& oĩa quæ ipsis aduersantur tanquã falsa reprobanda, etiã si dicantur ab authoribus magna authoritate præditis, quoniã Euangelica ueri tas usu ecclesiæ declarata omni humanæ authoritati præponitur.

SEcunda hypothesis est de anno & caledário. Etsi teste Plinio lib. 18. Dierum anni propè inextricabilis ratio est: Romani tamen siue Latini iuxta triplicem anni obseruationem, triplex ediderunt calendarium, ut refert Ioãnes Stofflerinus in suo calendario propositione. 34. sub litteris Cc. Quod ostẽdit ex dictis Macrobij in primo Saturnaliorum libro, & Solini in libro de mirabilibus mundi.

A Primum ergo calendarium edidit Romulus, qui teste Varrone Romam condidit, primus Romanorum rex: & annum Macrobio & Solino testibus trecentis quatuor diebus compleuit: ac suo calendario decem mẽses inscripsit. Dicit enim macrobius, Anni certus modus apud solos semper Aegyptios fuit, aliarum gentium dispari numero, pari errore nutabat. Et ut contentus sim referendo paucarum morem regionum, Archades annum suum tribus mẽsibus explicabant; Acharnanes sex: Græci reliqui trecentis quinquaginta quatuor diebus annum proprium computabant. Non igitur mirum in hac uarietate Romanos quoq; olim authore Romulo annum suum decem habuisse mensibus ordinatum: quia annus à Martio incipiebat & conficiebatur diebus. 304. ut sex quidẽ menses. i. Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December tricenum esset dierum: Quatuor uero, Marcius, Maius, Quintilis, October tricenis & singulis expedirentur. Hæc fuit Romuli ordinatio: qui primum anni mẽsem genitori suo Marti dicauit. Quem mensem anni primum fuisse uel ex hoc maxime probatur, quòd ab ipso Quintilis quintus est: & deinceps pro numero reliqui nominabantur. hæc ille. Idem confirmat Solinus dicens Romani in initio annum decẽ mẽsibus cõputabant à Martio auspicantes &c. Et Ouidius primo Fastorum ait.

Tempora digereret cum conditor urbis, in anno
Cõstituit menses quinq; bis esse suo.

B Secundum calendarium edidit Numa Pompilius secũdus Romanorum rex. Nam annus Romuli continens. 304. dies erat adeo diminuens & concisus, quòd non æquabatur uere anni solaris quantitati: sed ab eo deficiebat in duobus mensibus. Nam spatio. 24. annorum quibus talis obseruatio uiguit superati sunt anni solares quatuor annis Romuleis constitutis ex mensibus decẽ. Et hinc emergebat inordinata annorum & mensium confusio. Sed, ut ait

Macrobius secutus Numa quantum sub cœlo rudi & seculo adhuc impolito solo ingenio magistro cōprehēdere potuit: uel qa Græcorū obseruatione forsitan instructus est. 50. dies addidit, ut. 354. dies quibus duodecim lunæ cursus confici credidit, annus extenderetur Hæc ille. Sic igitur calendariū lunaræ duodecim mēsiū cōpo suit Hi mēses erāt perfecti alternatim diebus. 30 & 29 iuxta ipsius Lunæ motum respectu Solis. quæ à coniunctione eius cū Sole usq; ad sequentem coitum absumit. 29. dies cum dimidio posthabitis minutiis horariis. Et quia dies in calendario partiri non possunt, ut dies naturalis duntaxat duodecim horas haberet, attribuit Numa uni mensi. 30. dies: alteri. 29. De quibus. 12. mensibus Numæ ait Ouidius in primo Fastorum.

At Numa nec Ianum, nec auitas præterit umbras.
Mensibus antiquis addidit ille duos,

Paulo post authore Macrobio, Numa in honorem imparis numeri secretū hoc & ante Pythagorā parturiente natura: unū adiecit diē quem Ianuario dedit, ut tam in anno q̄ in mēsibus singulis præter unū Februariū impar numerus seruaretur. Nā qui a. 12 mēses si singuli aut pari aut impari numero partirētur consumationē parē facerent, unus pari numero institutus, unius amputationē imparē fecit. Ianuarius igitur, Aprilis Iunius, Sextilis, Septēber, Nouember, December: undetricenis censebantur diebus Martius uero Maius Quintilis, & October dies tricenos singulos possidebāt. Sed solus Februarius uiginti & octo retinuit dies quasi inferis & diminutio & par numerus conueniret. Et subiūgit idē Macrobius Cum ergo Romani ex hac distributione Pompilij ad Lunę cursum sicut Græci annum proprium computarent: necessario & intercalare mēsem instituerunt more Græcorum. Nam & Græci cum animaduerterēt temere se. 354. diebus ordinasse annum: quoniā apparet de Solis cursu: qui. 365. diebus & quadrante Zodiacum conficit, deesse anno suo undecim dies & quadrantē, intercalares statuta ratione cōmenti sunt, ita ut octauo quoq; anno 90. dies ex quibus tres menses tricenū dierū copo suerunt: intercalarēt. Id Græci fecerunt qm̄ erat operosum atq; difficile omnibus annis undecim dies & quadrantem intercalare. Itaq; maluerunt hunc numerum octies multiplicare: & 90. dies, qui nascuntur, si quadrans cum diebus undecim octies cōponatur, inserere in tres menses, ut diximus, distribuendos hæc ille. Idem etiam affirmat Solinus dicens. Græci ergo singulis annis. 11 dies & quadrantē detrahebant: eosq; octies multi

plicatos in annum nouũ reseruabant, ut contractus nonagenarius numerus in menses tres per tricenos dies fundaretur: qui anno nouo restituti efficiebant dies. 444. quos ἐμβολισμοῦς, uel ὑπερβολικὰς nominabant. Hæc Solinus. Insuper adiungit Macrobius. Hunc ergo ordinem Romanis quoq; imitari placuit. sed frustra: quippe fugit eos diem vnum, sicut supra admonuimus, additum à se ad Græcum numerum in honorem imparis numeri. Ea re per octennium conuenire numerus atq; ordo nõ poterat. Sed nõdum hoc errore comperto per. 8. annos nonaginta quasi superfundendos Græcorũ exemplo computabant dies: alternisq; annis binos vicenos, alternis ternos vicenosq; intercalantes expensabant intrecalationibus quatuor. Sed octauo quoq; ãno intercalatores octo affluebãt dies ex singulis: quibus uertentis anni numerum apud Romanos super Græcos abũdasse iam diximus. Hoc quoq; errore iam cognito hęc species emendationis inducta est. Tertio quoq; octennio ita inter calandos dispensabant dies, ut nõ nonaginta, sed sexaginta ex intercalarent compensatis 24. diebus pro illis, qui per totidem annos supra Græcorum numerum creuerant. Omni autem intercalationi mensis Februarius deputatus est; quoniã is vltimus anni erat Quod etiam ipsum de Græcorum imitatione faciebant. Nam & illi vltimo anni sui mensi, superfluos inserebant dies, ut refert Glaucippus: qui de sacris Atheniensium scripsit. Verum una re à Græcis differebant. Nam illi confecto ultimo mense. Romani non cõfecto Februario: sed post uigesimum & tertium diem intercalabant terminalibus scilicet iam peractis. Deinde reliquos Februarii mensis dies: qui erant quinq;, post intercalationẽ subiungebant (credo) uetere religionis suæ more, ut Februarium omnino Martius sequeretur. Hæc Macrobius. Alia etiam re differebant Romani à Gręcis quoniam ultimus mensis anni apud Græcos non erat in fine Hyemis ante principium ueris, sicut apud Romanos: sed erat in fine æstatis ante principium autumni: quo tempore Græci initium anni sumebant, ut infra patebit.

G Tertium calendarium nostræ institutioni accommodum C. Iulius Cæsar dictator composuit ad anni solaris quantitatem, eo quòd Astronomiæ peritissimus atq; diligentissimus esset, ut affirmat Iulius Firmicus. Nam postquam Cæsar Alexandriam Aegypti appli cuit, ab Aegyptiis (testibus Appiano & Macrobio) uerã anni quantitatem didicit: Romamq; reuersus, & maximum (Suetonio afferẽte) pontificatum adeptus, conuersus ad ordinandum reip. statum

fastos correxit, iam pridē uitio pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neq; messium feriæ æstate: neq; uindemiarū autumno competerent. Annumq; ad cursum Solis accōmodauit: ut trecentorū sexagintaquinq; dierum esset: & intercalario mense sublato, unus dies quarto quoq; anno intercalaretur. Huius etiam erroris & fluctuationis causam, & eius correctionem Macrobius & Solinus indicant. Dicit enim Macrobius. Verum fuit tempus cum propter superstitionem intercalatio omnis omissa est. Nonunquā uero per gratiam sacerdotum, qui publicanis proferri uel imminui consulto anni dies uolebant modo auctio, modo retractio dierum proueniebant: & sub specie obseruationis emergebat maior confusionis occasio. Sed postea C. Cæsar, omnem hanc inconstantiam tēporum uagam adhuc & incertam in ordinem statutæ diffinitionis coegit: adnitēte sibi Marco Flauio scriba: qui scriptos dies singulos ita ad dictatorem retulit: ut & ordo eorū inueniri facillime possit: & inuento certus status perseueraret. Ergo C. Cæsar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes, qui confusionem adhuc poterant facere, consumpsit. Eaq; re factum est, ut annus confusionis ultimus in. 444. dies protenderetur. Post hoc imitatus Aegyptios solos diuinarum rerum omnium conscios, ad numerum Solis, qui diebus. 365. & quadrante cursum conficit, annum dirigere contendit. Et infra. Iulius ergo Cæsar decē dies obseruationi ueteri superadiecit, ut annum trecenti & sexagintaquinq; dies, quibus Sol lustrat Zodiacū, efficerent. Et ne quadrans deesset: statuit, ut quarto quoq; anno sacerdotes, qui curabant mensibus ac diebus, unū intercalarent diē eo. s. mense ac loco, quo etiam apud ueteres mensis intercalabatur, id est ante quinq; ultimos Februarii mēsis dies idq; bissextū censuit nominandū & postea subiungit. Sic annū ciuilem Cæsar habitis ad Lunā dimensionibus cōstitutū edicto palàm posito publicauit. Ex his verbis Macrobii liquido colligit̄ q̄ anteq̄ Cæsar calendariū emēdasset, præcessit annus confusionis continēs dies 444. qui sunt menses. 15. iuxta modū intercalationis Aegyptiorū: qui octauo quoq; anno restituebāt dies. 90. nouo anno. De hoc anno confusionis dicit Suetonius in vita Cæsaris. Quoautem magis in posterū è calēdis Ianuariis nobis tēporū ratio cōgrueret inter. Nouembrē ac Decēbrē mēsem interiecit duos alios: Fuitq; is annus, quo hæc constituebātur. 15. mensiū cum intercalario mēse qui ex consuetudine in eū annū inciderat. hæc ille. Sed in hoc Solinus errauit dicens, quòd Cæsar uidens anni inconstantiam &c.

ut certum statū præteritus acciperet error: dies uiginti & unum,& quadrātem simul intercidit.Non enim oportebat intercidere dies 21.ad hanc emendationem:sed adiungere tres menses, ut recte dicit Suetonius, & Macrobius. Nec potuit intercidi eo anno quadrans cū non possit hoc fieri nisi in annis quatuor.Post annū confusionis secutus est annus correctionis & emendationis continens dies.365. cum ipse Macrobius postquam de anno confusionis dixerat, subiungat.Post hoc imitatus Aegyptios ad numerum Solis qui diebus.365.& quadrante cursum conficit,annum dirigere contendit. Et hunc annum incepit à Prima lunatione post solstitium hyemale calendis Ianuarii.Post annū emēdationis secutus est etiā annus cōmunis dierum.365.per promulgationē à Cæsare factam, cum dicat Macrobius:Annum ciuilem Cæsar habitis ad lunam dimensionibus constitutum, edicto palam posito publicauit: & potest dici annus promulgationis uel publicationis: quoniā hæc publicatio saltem per annum protracta est:quia subito non potuit publicari apud multos populos Romano imperio subiectos, nisi spatio unius anni. Hoc autem anno publicationis, qui fuit sequens post emendationem,in senatu Cæsar occisus est idibus Martii,hoc est post correctionem calendarii anno uno mensibus duobus cum dimidio transactis, Post Cæsaris mortem sacerdotes inconsulte errorem alium induxerunt;quē postea emendauit Octauianus Augustus.Dicit enim Macrobius.Et hucusq; error stare potuisset,ni sacerdotes sibi errorē nouum ex ipsa emendatione fecissent. Nam cum oporteret diem,qui ex quadrantibus fit quarto quoq; anno confecto ante quam quintus inciperet,intercalare: illi quarto non peracto,sed incipiente intercalabant hic error sex & triginta annis permansit. Quibus annis intercalati sunt dies duodecim cum debuerint intercalari nouem.Sed hunc quoq; errorem sero deprehensum correxit Augustus: qui annos duodecim fine intercalari die transigi iussit:ut illi tresdies,qui per annos triginta&sex uitio sacerdotalis festinationis excreuerāt,sequētibus annis duodecim nullo die intercalato deuorarentur. Post hoc unum diem secundum ordinationem Cæsaris quarto quoq; anno intercalari iussit, & omnē hunc ordinem æreæ tabulę ad ęternam custodiam incisione mandauit. hæc ille. Idem affirmat Solinus dicens. Et tunc quoq; uitium admissum est per sacerdotes: Nam cum præceptū esset anno quarto, ut intercalarent unum diem: & oporteret confecto anno quarto id obseruari antequam quintus auspicaretur: illi incipiente quarto

intercalarunt non desinente. Sic per annos sex & triginta cum nonē dies tantummodo sufficere debuissent, duodecim sunt intercalati. Quod deprehensum Augustus reformauit iussitq́; annos. 12. sine intercalatiōe decurrere:ut tres illi dies qui ultra nouē necessarios, temere fuerant intercalati: hoc modo possent repēsari. Ex qua disciplina omnium postea temporū fundata ratio est. hæc Solinus. Edidit ergo Iulius Cæsar calendarium quod Iulianum nūcupatur in duodenos menses partitum tribuens Ianuario dies. 31. Februario. 29. Martio. 31. Aprili. 30. Maio. 31. Iunio. 30. Quintili. 31. Sextili. 30. Septembri. 30. Octobri. 31. Nouembri. 30. & Decembri. 31. & incepit annum à Ianuario: Quintilis mensis Macrobio authore in honorem Iulij Cæsaris dictatoris legem ferente M. Antonio Marci filio consule, Iulius est appellatus, quòd hoc mense ad quartum idus Quintilis procreatus sit. Sextilis inde dictus est Augustus ab Octauiano Augusto ob auctam ab eo rempu. ex senatus consulto: cuius uerba subiecit Macrobius dicens. Cum imperator Cæsar Augustus mense Sextili, & primum consulatum inierit: & triumphos tres intulerit in urbē: & ex Ianiculo legiones deductæ secutæq́; sint eius auspicia ac fide m: & Aegyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit, finisq́; hoc mense bellis ciuilibus impositus sit: atq; ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit: placere senatui, ut hic mensis Augustus appelletur hæc ille. Idem etiam dicit Cēsorinus libro de die natali capite de mēsibus, ubi dicit. Mensis Quintilis Iulius cognominatus est C. Cæsare. 5. & M. Antonio consulibus anno Iuliano secundo. Qui autem Sextilis fuerat C. Marco Censorino: C. Asinio Gallo consulibus in Augusti honorem dictus est Augustus anno Augustio uigesimo hæc ille. Huic mensi Augusto tunc additus est dies unus à Februario detractus, ut unum & tricenos complecteretur: ne Augustus Iulio inferior uideretur: & ita Februario mutilato: octo & uiceni dūtaxat dies relicti sunt in anno cōmuni. hæc igitur fuit anni & mēsium ratio à Romanis tempore Octauij Monarchæ ante Christi aduentum instituta, & usq; ad nostra tempora custodita, ut affirmat Ioannes Stoffler. in suo calendario propositione. 34.

D Anni autem exordium apud diuersas nationes differenter sumitur. Nam Romulus. ut dictum est, à Martio annū incepit tempore ueris. Hæbrei etiam habent anni principium in lunatione propinquiori ipsi uernali æquinoctio, quando de Aegypto exierunt. Nam dicitur Exodi. 12. Mensis iste uobis principium mensium, primus

erit in mēſibus anni. Aegyptij uero & Græci anni exordiũ ſumunt iuxta æquinoctium autũni. Nam Aegyptij à Septembri: Græci ab Octobri anni principium habent, ut Alphonſus in ſuis tabulis Annotat. Sed Iulius Cęſar anni principiũ ſumpſit à luna prima poſt ſolſtitium hyemale: quæ fuit calēdis Ianuarij anno ante Chriſtum quadrageſimo quinto, ut recte computat dñs Paulus epiſcopus Foroſemproinenſis in ſua Paulina: & dñs Ioannes Stofflerinus in ſuo calendario propoſitione.34. ut plenius infra patebit.

Tertia hypotheſis de initio annorum domini. *Cap. 3.*

Tertia hypotheſis eſt de initio annorũ domini: in quibus computandis quo ad initiũ plures authores inter ſe differunt. Quidam enim ſumũt annos domini à ſua incarnatione, quando conceptus eſt: Quidam à natiuitate, cũ de utero matris egreſſus eſt. Quidam à circuncifione domini calendis Ianuarij octauo natiuitatis die. Et quidam à Chriſti paſſione. Qui omnes modi comprobari poſſunt ſeruata tamen conuenienti cõputatione, ut mox declarabimus. Sed inter omnes hos modos conuenientiſſimus eſt, ut ſumatur initium annorũ domini ab eius natiuitate: quoniam anni uitę alicuius hominis non à ſua conceptione, ſed à natiuitate ſumuntur. Hunc modum ſeruat eccleſia Romana annos incipiens à natiuitate domini, non à conceptione ipſius. Nam eo tempore per eccleſiam accipitur principium annorũ domini: quo & ſingulis annis per eã annus mutatur: Sed per eccleſiam fit anni mutatio non in conceptione Chriſti, ſed in eius natiuitate. Ergo tunc anni domini ſumunt initium. Quod autem eccleſia mutet annum in natiuitate domini, & non in conceptione, paret per acta concilij Conſtãtienſis in quibus deſcribitur, quod electio põtificis Martini. 5. facta eſt die Iouis infeſto ſancti Martini undecima Nouembris die: anno à natiuitate domini. 1417. inditione decima: & facta eſt coronatio eius die dominica uigeſimaprima ſupradicti menſis Nouembris. Deinde iuxta finem menſis Decẽbris immediate ſeqnẽtis facta eſt cõgregatio prædicti cõcilij poſt Chriſti natiuitatem in feſto Innocentium: & iam mutatus eſt annus, & inditio, cum ibi dicatur. Anno à natiuitate domini. 1418. inditione. 11. die uero martis. 28. mẽſis Decembris &c. ſicut legimus in exemplari manu notarij ſcripto in ipſo concilio. Quod autem nõ mutetur annus in annuntiatione dominica, quando Chriſtus eſt

conceptus,patet ex secunda & tertia sessione post inchoationē dicti concilij in pontificatu Ioannis.23.Nam idem annus à natiuitate domini describitur in secunda sessione celebrata calendis Martij:& in tertia sessione cōgregata 8.calendas Aprilis,hoc est die 25. eiusdē mensis Martii in annuntiatione dominica,quādo cōceptus est Christus.Ibi enim sic legitur de secūda sessione. Anno à natiuitate domini.1415.pontificatu quo supra.s. Ioannis.23.die uero prima mensis Martii &c. Tertia uero sessio ibi describitur die lunæ 25.mensis.Martii supradicti in die annuntiationis dominicæ:& tamen ibidem non mutatur annus: sed sequitur idem annis.1415. Hoc idem etiam patet in bulla inditionis iubilei pro futuro anno domini.1525.per Clementem.7.in qua inferuntur plures bullæ prædecessorum eius ab anno domini.1300.tempore Bonifacii.8. & deinceps:& omnes describuntur per annos à natiuitate domini Et specialiter ibi ponitur determinatio iubilei de.25.annis in annos.25.per Paulum.2.& confirmatio & executio eius per Xyxtum 4.ubi indicitur Iubileus pro anno domini.1475 incipiēdo à primis uesperis uigiliæ natiuitatis dñi nostri Iesu Christi anni.1474. Vnde manifeste patet,quòd in uigilia natiuitatis domini tunc fuit ultimus dies anni domini.1474.& in die natiuitatis fuit primus dies anni domini.1475.Sed in eadem bulla Clementis.7.occurrit dubitatio merito ponderanda cum in fine eiusdem bulle dicatur. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ.1524.calendis Mai:& tamen in trāsumpto eiusdem bullæ per episcopū Vigorniensem auditorē cameræ apostolicæ generalē sic in calce scribitur.Datum Romæ in ædibus nostræ solitæ residentie sub anno à natiuitate domini.1524.die uero decimo mensis Iunii. Tabellio Papæ præsentem annum nominat incarnationis,1524.&alius tabellio episcopi auditoris cameræ apostolicę eundem annum denominatā natiuitate:& sic inter se dissonare uidentur:tamen una conueniunt.Causa ergo huius apparentis dissonantie requirenda est Antiquiores tabelliones iuxta morem diu seruatum in curia Romana describebant annos à natiuitate domini:& sic modo etiam describunt in omnibus, quæ per pontificem in curia Romana fiunt: Sed in bullis papalibus antiquitus non describebatur annus domini:sed tantum annus pro tempore existentis pontificis. At recentiores in bullis tantummodo pontificalibus inceperunt etiam annotare annos incarnationis dominicæ. Dicit enim dominus Paulus episcopus Forosemproniensis libro.13.

secundæ partis Paulinæ suæ, quòd præsidente Eugenio 4. adhortãte Blondo Forliuiensi põtificij collegij à secretis notario in bullis atq; tescriptis pontificalibus, annorum hæc à Christi incatnatione supputatio scribi primum cœpit. & infra. Sed notarii annos à natiuitate computare cõsueuerunt. hæc ille. Vnde patet Blondum huius diuersitatis causam fuisse. Qui tamen in hoc deceptus est, quia putauit annos domini numerando per ecclesiam ab incarnatione ipsius, ex eo quòd Dionysius abbas Romanus primam supputationem olim fecerat à primo anno incarnationis dominicæ in sua tabula. Sed idem Dionysius in annis dominicæ incarnationis errauit, licet ordo ipsius tabulæ scilicet quingẽtorum triginta duorum annorum bene digestus sit. Dicit enim Ioannes Stoffleri nus in suo calendario propositione. 37. sub litera. T. Animaduertendum est quòd hic Dionysius ecclesiæ totius erroris ansam præbuit, & causam præstitit: primo in eo, etsi diuino zelo accensus, ne impiissimi Diocletiani, à quo prius anni supputabantur memoria deleretur & aboleretur: Christianæque salutis exordium elucesceret, induxit temporum supputationem ab anno incarnationis verbi dei sumendam: in quibus tamen annis numerandis ipsum errasse à compluribus probatur. De quo Sigebertus monachus natione Gallicus in Chronica sic scriptum reliquit, In cyclo magno Dionysij reprehensibile videtur, quòd in annis dominicæ incatnationis ei inconsyderate præscriptis discordat à veritate Euangelij in anno dominicæ passionis. Et idem Dionysius posuit natiuitatẽ Christi vigesimoprimo anno tardius q̃ debuisset. Quare Rhenerius egregius supputator cyclum, aut tabulam Dionysii dicit esse fallacem & erroris plenam, hæc ibidem Etiam dominus Paulus episcopus Forosempronien. in scunda parte Paulinæ lib. 13. c. 6. dicit ipsum similiter errasse, & erroris causam aliis dedisse: & affirmat eum errasse in duobus annis: in quibus tamen non errauit: quia dicit eum assumpsisse annos Augusti à nece Cæsaris: sed non sic accepit: sed à primo consulatu vel triumuiratu anno secundo post Cæsaris mortem. Sed nos dicimus ipsum Dionysium errasse in uno tantum anno: quia fecit bissextum anno quarto domini: cum tamẽ ibi annotandus non esset, ut inferius demonstrabimus. Et hoc non cognouit dominus Paulus: quia in eũdem errorem & ipse incidit. Non est ergo mirum, si Blondus in computationibus annorum ab incarnatione errauit, quia ducem erroneũ secutus est. Omnes, qui Dionysiũ imitati sunt, errauerunt, ut Campanus in libro de Com-

puto maiori:Paulus episcopus Forosempronien.ut patet in secūda parte suæ Paulinæ lib.4.& quamplures alii. Aliam euidētissimam rationem adducam ad probandum quòd per ecclesiam anni enumerentur à natiuitate domini postquā descripsero inferius cyclū lunarem & literas dominicales:quoniam ea ratio ex ipsis ueritatē habet : & tunc uidebimus quòd anni ab incarnatione sumpti post quartum Christi annum idem sunt cum annis à natiuitate computatis propter superfluum bissextum anno 4.domini inconsulte annotatum, quo unus minuitur annus:non tamen hoc accidit ante quartū annū domini,ut certius inferius patebit.Vnde & in rescriptis pōtificalibus idem annus à natiuitate ex dicta inordinatione in eis dicitur annus incarnationis.Quidam uero recte computant annos ab incarnatione domini addentes annis à natiuitate ipsius computatis per ecclesiam.ſ.nouem mēses:quibus fuit in utero uirginis ante natiuitatem,ut recte computant Pisani: qui hoc anno à natiuitate domini.1524.post uigesimamquartam diē Martii sunt in anno ab incarnatione domini.1525.& sic annotant in suis literis & codicibus.Sed in hoc errant Florentini & Senēses,qui annos ab incarnatione postponunt annis à natiuitate eo quòd annos domini enumerate incipiāt cōpleto primo anno à conceptione iam nato Christo per tres menses.Conueniunt tamē cum ecclesia post 24.diem Martii:non tamen antea tribus mensibus Dicunt tamen aliqui, quòd antiquitus conueniebant cum Pisanis:sed postmodū cum vellent conuenire cū ecclesia, & nō auderent immutare principium anni à,25.Martii sicut semper antea consueuerant:inciderunt in hanc deordinationem,ut partim cum Pisanis & partim cū ecclesia conuenire vellent: nec tamen plene cum ecclesia, neq; cū Pisanis conueniunt, ut omnibus manifestum est. Cęterę nationes extra Italiā cōmuniter cum ecclesia conueniunt, Romani uero annos domini à calendis Ianuarii incipiunt.8.die à Christi natiuitate & conueniunt cum ecclesia excepta prima hebdomada natiuitatis eius.Et hunc modum tenent recentiores Astronomi:qui annos domini ad Ianuarium reduxerunt:ut Ioannes de monte Regio,& Ioannes Stofflerinus in suis calendariis,& plures alii.Vnde & dñs Paulus lib.4.secundæ partis Paulinæ dicit.Astrologi nostri temporis,qui Romanorum more annorum supputationē reduxerunt ad Ianuarium:& radices motuum statuerunt ad initium Ianuarii primi anni natiuitatis Christi : incipiunt primum natiuitatis annum ab.8.die natiuitatis eiusdem,non computantes illos septem dies à

natali domini usq; ad Ianuarium interceptos:quod ex hoc manife ste patet. Nam qui loca planetarum ad horam natiuitatis Christi inuenire uolunt:retrocedunt per dies.7.à radicibus planetarum in tabulis annotatis. Et hunc computandi modū obseruant non solū Astrologi:sed etiam Theologi in Christiana religione probati: Petrus de Aliaco,Nicolaus Cusanus,Rogerius Bachō: & generaliter omnes,qui loca planetarum in hora natiuitatis Christi indagarunt hæc ille.Facilius autem reducuntur ad calendarium Romanū,uidē licet ad calendas Ianuarii anni a natiuitate domini,qm ab ea parū distant.s.per solam hebdomadā q̃ anni ab incarnatione:quia multo magis ab ea remoti sunt:ideo melius est enumerare annos à natiuitate domini:uel à calendis Ianuarii q̃ ab incarnatione Christi. Si uero ab incarnatione enumerētur:superaddēdi sunt,undiximus nouem menses præcedentes natiuitatem:uel nouem menses cū hebdomada, si anni incarnationis reducantur ad calendas Ianuarii: Aliter contingeret in computationibus error.Paucissimi autem doctores antiqui,ut Hieronymus,& Isidorus,& quidam alii,qui antiquitus scribebant annos domini in cereis paschalibus.enumerant annos à passione domini includentes annum trigesimum tertium suæ passionis & amputantes precedentes.32.annos ante passionem & ita conueniunt cum cæteris.Nam historici,qui computāt annos à natiuitate Christi,dicunt Ioannē Euangelistam obiisse anno centesimo à natiuitate dñi cū iam Traianus accepisset imperium. Hieronymus uero & Isidorus dicunt eundem Ioannē ad dñm migrasse anno.68. à passione dñi auferentes præcedentes. 32. annos Qui si addantur prędictis annis.68. conficiunt annos centum. Antonius vero Dulciatus in libro de festis mobilibus,licet incipiat annos à passione dñi:nō tamen præscidit annos præcedentes passionē: sed erroti errorem addidit:qm anno,quo Christus est natus annotauit passionē dñi:& natiuitatem eius scripsit antea per annos.33.quando currebat annus imperii Augusti nonus:quod est absurdū cōtra omnes Cronographos & contra supputationes Astronomicas.

Quarta hypothesis de uarietate mensium. Cap 4.

Quarta hypothesis est de uarietate mensium. Nam aliqui sunt menses mobiles,aliqui fixi & stabiles.Hebræi enim habent menses:lunares ac mobiles:ita ꝙ prima dies cōiunctionis Lunæ cum Sole sit prima dies mensis eorū: Similiter habent menses mobiles Græci,Persæ,& Caldæi,atq; Ara

bes. Romani uero habent mēses firmos & ſtabiles in calēdario deſcriptos. Hunc eſt ꝙ primus mēſis Hebræorū, qui dicitur Niſan, cū Martio & cum Aprili an calendario Romano concurrit iuxta lunę curſum. Et luna. 15. menſis Niſan quādoq; occurrit in Martio quādoq; in Aprili: ſicut in eccleſia patet, quę celebrat paſcha dñi Dominica prima poſt. 14. lunam primi mēſis, aliquādo in Martio aliquando in Aprili. Hęc dixerim, quoniam Chriſti paſſio poteſt annotari uno menſe apud Hebręos, & altero apud Romanos.

Quinta hypotheſis de cyclo lunari decennouennali. *Cap. 5.*

QVinta hypotheſis eſt de cyclo lunari decēnouēnali, quē nos aureum numerū dicimus. Alexandrini enim adinuenerunt numerum annorum 19. ad reperiēda nouilunia. Necnon & Iulius Cæſar adnitente M. Flauio ſcriba, ut Macrobio placet: & Soſigene Aſtrologicæ ſciētiæ perito adhibito, ut Plinius affirmat: cyclum lunarem decēnouēnalem coſcripſit anno ſuo ſolari, quem Iulianū appellamus, maxime cōgruentem: ue quo ſic loquitur Ioannes Stoffler. in ſuo calendario, propoſitione 34. ſub literis Hh. Cum ego inquit anno gratiæ. 1489. legatum in Francia orientali agerem, adii ſplendidiſſimum baronē Philippū de Vuiuſperg antiquitatum amatorē: qui mihi uetuſtiſſimum quēdam obtulit librum: in quo inter alia propè innumera offendi cōmentarios in cyclum diui Iulii Cæſaris, in quo eius calendariū ortū & occaſum ſtellarum: quibus ſignificabatur Cæſarem ſuum cyclum incepiſſe à prima coniunctione luminariū ſecūdū mediū curſum poſt hibernū ſolſtitiū: eāq; in primū diē Ianuarii caputq; anni incidiſſe. Quare Cæſar è directo huius diei pro aureo numero notauit unitatē: à qua reliquas lunationes ſupputās, Solis & Lunæ connēctiones in ſuo calēdario cōmemoratis uiris M. Flauio & Soſigene opem ferētibus paſſim, prout negociū poſtulabat, adnotauit. Inferuit autem in eo numerū 19. annorum: quem uulgus aureum numerum uocat. Putauit autem Ioannes Stoffler. Iulium Cæſarem incepiſſe diem à media nocte iuxta morem Romanorum. Sed aliqui dicunt eum incepiſſe diem à meridie, quo ad computationes dierū Lunæ eo quòd Aſtrologicā computationem didicerit in Alexādria, ubi Aſtronomi dies computabant à meridie, ut cæteri Aſtrologi faciūt. In ſacris tamen publicis & officiis magiſtratuum & cæteris negociis Romani à media nocte diem accipiebant authore Cēſorino. Alii uero putāt Cæſarem diē accepiſſe ab occaſu Solis:

& inde consuetudo in Italia inoleuerit, quod in horologiis fiat ini tium diei à Solis occubitu. Subiungit autem ibidem Ioãnes Stoffler. & ait. His animaduersis uolui harum rerum periculum subire. Quare ad tempora Iulii Cæsaris me contulir, & compluribus numeris incassum exaratis,randẽ anno.45.ante Christi incarnationem ex tabulis mihi usu habitis, reperi cõgressum luminarium pri ma die Ianuarii horis.18.min.44.secund.55.à media nocte computãdis ad meridianum ferè urbis Romæ. Iuxta uero Astrologicã usitatam computationem die prima Ianuarii horis.6.min.44.secund.55.à meridie numerandis. Sequens autem lunarium coniunctio fuit die.31.Ianuarii horis.7. min. 28. secund.58. post noctis mediũ,& secũdũ Astrologos die.30.Ianuarii hor.19.min.28. secund.58.post meridiem.Cæsar igitur cyclum compositurus ordinauit primam lunationem dierum tricenorum:quare è regione primi & trigesimi diei Ianuarii unitatem annotauit: & sequentem nouem & uicenis diebus absoluit:& iterum sequentem tricenis:& pro hac formula reliquas omnes lunationes digessit,nõ omissa tamen ratione embolismorum.hæc ille. Eandẽ lunationem calendis Ianuarii computat etiam dominus Paulus episcopus in 12. lib. secũdæ partis Paulinæ dicens. Comperimus primam lunationem factam anno 45.ante Christi natiuitatem iuxta usitatam computationem die 1.Ianua.ho.7.mi.6.sec.35.post meridiem. Veram autẽ coniunctionem factam inueni hor 1.mi.50. post mediam noctem eiusdem diei.s.inter diem Veneris & Sabbatum. hæc ille. Nec re moueat & perturbet quòd Ioannes Stoffler.dicat prædictam lumi nariũ coniunctionem factam esse anno 45.ante Christi incarnatio nem:& dominus Paulus dicat eam factam 45.anno ante Christi na tiuitatem:quia utrumq; uerum est cũ incarnatio & natiuitas Christi eodem anno fuerint incipiendo annum a calendis Ianuarii. Si enim accipias annum inclusiue,in quo cõceptus & natus est Christus:& retrocedas usq; ad coniunctionem luminarium factam calẽ dis Ianuarii tempore Iulii Cæsaris,reperies annos 45.nã.45. uicibus calendæ Ianuarii ante Christi incarnationem & natiuitatem reuolutæ sunt.& tunc inuenta est luna prima calendis Ianuarii tem pore Cæsaris. A qua luminarium coniunctione ad Christi conceptum fuerunt anni 44.& ferè tres menses:& usq; ad eius ortũ fuerunt anni 45.hebdomada minus. Octauo autem die natiuitatis Christi enumeratur annus primus natiuitatis eius, qui erat annus 46.a correctione calendarii per Cæsarem. Cæterum meminisse cõ

uenitrut dicit Ioannes Stoffler.ibidem quod numeri Cycli Iulii Cæsaris calendario inscripti denotant accensionem lunæ factam fuisse eo die,cui obiicitur:nec non lunam dici primam eodem die,quẽadmodum supputatio indicat. Neque obliuisci oportet,ꝙ cyclus Iulianus post tempore Cæsaris in aliqua parte mutatus est ob mutilationem mensis Februarii: qui tempore institutionis calẽdarii Cæsaris in anno communi. 29.dies habuit. Postea quemadmodum supra exposuimus duntaxat. 28.seruauit:hæc ille. Tempore autem natiuitatis & mortis Christi in anno communi Februarius. 28.dies continebat: quoniam idem mensis Februarius in anno cõmuni habuit, 29 dies usq; ad annum Augusti uigesimum:quo tempore mensi sextili,qui tunc dictus est Augustus, additus est unus dies à Februario acceptus.Dicit enim Censorinus.Qui autem sextilis mẽsis fuerat C.Marco Censorino & C. Asinio consulibus in Augusti honorem,dictus est Augustus anno Augustio uigesimo , hæc ille. Christus uero post hoc tempus natus est. Nunc autem subiungam quatuor primos menses calendarii Romani cum cyclo Iulii Cæsaris dictatoris nostro instituto satisfacientes: quos describit Ioannes Stoffler. propositione 34. & d. Paulus libro secundo primæ partis suæ Paulinæ.

Quatuor primi menses calendarii Romani cũ cyclo Iulii Cęsaris.

Cyc. lunaris	Nũerus dierũ	Literæ feriarum	Ianuarius	
1	1	A	Calendis	
	2	B	4	No
9	3	C	3	No.
	4	D	Pridie	No.
17	5	E	Nonis	
6	6	F	8	Idus
	7	G	7	Idus
14	8	A	6	Idus
3	9	B	5	Idus
	10	C	4	Idus
11	11	D	3	Idus
	12	E	Pridie	Idus
19	13	F	Idibus	
8	14	G	19	Cal.
	15	A	18	Cal.
16	16	B	17	Cal.
5	17	C	16	Cal.
	18	D	15	Cal.
13	19	E	14	Cal.
2	20	F	13	Cal.
	21	G	12	Cal.
10	22	A	11	Cal.
	23	B	10	Cal.
18	24	C	9	Cal.
7	25	D	8	Cal.
	26	E	7	Cal.
15	27	F	6	Cal.
4	28	G	5	Cal.
	29	A	4	Cal.
12	30	B	3	Cal.
1	31	C	Pridie	Cal.

Cyc. lunaris	Nũerus dierũ	Literæ feriarum	Februarius	
9	1	D	Calendis	
	2	E	4	No.
17	3	F	3	No.
6	4	G	Pridie	No.
	5	A	Nonis	
14	6	B	8	Idus
3	7	C	7	Idus
	8	D	6	Idus
11	9	E	5	Idus
	10	F	4	Idus
19	11	G	3	Idus
8	12	A	Pridie	Idus
	13	B	Idibus	
16	14	C	16	Cal.
5	15	D	15	Cal.
	16	E	14	Cal.
13	17	F	13	Cal.
2	18	G	12	Cal.
	19	A	11	Cal.
10	20	B	10	Cal.
	21	C	9	Cal.
18	22	D	8	Cal.
7	23	E	7	Cal.
	24	F	6	Cal.
15	25	G	5	Cal.
4	26	A	4	Cal.
[illegible]	27	B	3	Cal.
12	28	C	Pridie	Cal.

Cycl. lunaris	Nũerus dierũ	Literæ feriarum	Martius
1	1	D	Calendis
	2	E	6 No.
9	3	F	5 No.
	4	G	4 No.
17	5	A	3 No.
6	6	B	PridieNo
	7	C	Nonis
14	8	D	8 Idus
3	9	E	7 Idus
	10	F	6 Idus
11	11	G	5 Idus
	12	A	4 Idus
19	13	B	3 Idus
8	14	C	Pridie Idus
	15	D	Idibus
16	16	E	17 Cal.
5	17	F	16 Cal.
	18	G	15 Cal.
13	19	A	14 Cal.
2	20	B	13 Cal.
	21	C	12 Cal.
10	22	D	11 Cal.
	23	E	10 Cal.
18	24	F	9 Cal.
7	25	G	8 Cal.
	26	A	7 Cal.
15	27	B	6 Cal.
4	28	C	5 Cal.
	29	D	4 Cal.
12	30	E	3 Cal.
1	31	F	Pridie Cal.

Cycl. lunaris	Nũerus dierũ	Literæ feriarum	Aprilis
9	1	G	Calendis
	2	A	4 No.
17	3	B	3 No.
6	4	C	Pridie No.
	5	D	Nonis
14	6	E	8 Idus
3	7	F	7 Idus
	8	G	6 Idus
11	9	A	5 Idus
	10	B	4 Idus
19	11	C	3 Idus
8	12	D	Pridie Idus
	13	E	Idibus
16	14	F	18 Cal.
5	15	G	17 Cal.
	16	A	16 Cal.
13	17	B	15 Cal.
2	18	C	14 Cal.
	19	D	13 Cal.
10	20	E	12 Cal.
	21	F	11 Cal.
18	22	G	10 Cal.
7	23	A	9 Cal.
	24	B	8 Cal.
15	25	C	7 Cal.
4	26	D	6 Cal.
	27	E	5 Cal.
12	28	F	4 Cal.
1	29	G	3 Cal.
	30	A	Pridie Cal.

Cyclus lunaris disponitur in calendario per additionem. 8 numerorum:& si excedant numerum.19. proiicitur ipse numerus ,19.& annotatur qui remanet hoc ordine. Cũ proiicitur numerus 19.numerus minor, q inde remanet, annotatur immediate diei sequẽti Si uero numerus additus est maior,quod cõtingit, qñ non excedit numerũ.19.tunc in annotatione intermittitur unus dies uacuus, si cut patet in calẽdario pcedenti:ubi ponitur calẽdis Ianuarii numerus.1 .cui si addant.8. fiũt nouẽ: qui annotant intermisso uno die, tertio diei. Si ad.9.addãtur.8.fiũt.17. qui intermisso uno die annotant diei quinto. Si ad.17 addant.8.fiunt.25.à qbus si subtrahant 19.remanẽt.6.qui immediate annotãtur diei sexto tanq̃ numeri minores,& sic deinceps:& licet aureus numerus tñmõ indicet cõiunctionẽ luminariũ: tñ ex ipso ẽt accipitur eorũ oppositio hoc pacto A cõiunctione nãq; luminariũ vsq; ad oppositionẽ secũdũ mediũ motũ,ut ait Ioãnes Stoffler. ppositione .35. sub litera.e. semp sunt dies integri.14 ho.18.mi.22. Idẽ ẽt dicit d.Paulus lib.14.secundæ partis.c.3. Quare si à die coniunctionis numerationem inceperis, erit ferè semper oppositio luminarium die.16 à die coniunctionis Vulgus quoq; diem oppositionis nominat lunam .15. hæc ille. Si ergo uolueris inuenire lunationes ãno passionis dñi:adde annis uitæ Christi annos.45. pcedentes eius natiuitatem. & partire totum quoties poteris per.19 & numerus annorũ qui remanet ostẽdet aureum numerũ illius anni: quo require in calendario lunã primam & inde quintãdecimam eo modo quo dictũ est: & reperies quod q̃tis sicut specialiter inferius dicemus. Animaduertẽdum est autẽ quod aureus num.non põt in calẽdario habere fixam & ppetuã sedẽ,sed cõtinue paulatim suã sedẽ anticipat. Nã ut pbat IoãnesStoffler in suo calẽdario ppositione.37.sub litera. I. crescit eiusmodi anticipatio in ãnis solaribus.304.ferè ad diẽ unũ,hoc est ad horas 23,mi.28.secũd.52. Et ideo aureus numerus Iulii Cæsaris tpe cõcilii Niceni:quod celebrari cœpit anno dñi.322. anticipauerat sedẽ p unam diẽ & paulo amplius. & iõ patres in eodẽ cõcilio cõgregati aliũ cyclum lunarẽ instituerunt:& annotauerunt eũ per unũ diẽ ante à cyclo Iulii quantũ.s. anticipauerat incipiẽtes ab unitate anno dñi.323.& adhuc annotatur calendariis,qbus nunc utimur. hic cyclus tpe nostro iã anticipauit fere per dies quatuor. Nã ab anno dñi.323. quo institutus est iste cyclus usq; ad annũ pñtem.1524 fluxerunt anni mille ducenti & unus,ex quo patet q ab illo tempore iam anticipauit per dies ferè quatuor,& à correctione calẽdarii

per Iulium:cyclus ipsius in annis.1569. iam anticipauit per.5.dies & paulo plus. Si aūt per aureum numerum annotatū in calēdariis nostris uolumus inuenire lunationes tempore Christi,oportet ut postponatur per unum diem,& ostendet lunationes eodem modo,sicut aureus numerus Cæsaris. Si uero per eundem aureum numerum nostrū uolumus inuenire lunationes nostri temporis, oportet ut requiramus eas anticipatas per dies quatuor.

Sexta hypothesis de cyclo solari ex litera dominicali & bissexto prouemente. Cap.6.

A SExta hypothesis est de cyclo Solari ex litera dominicali & bissexto ,pueniēte. Dies hebdomadæ distinguūtur ſm numerum.7.planetarum:& in calendario Romano uni coiq; dierū hebdomadæ annotaē pro caractere una ex primis septē literis alphabeti.Illa ergo litera,quæ deseruit diei dominicæ, dicitur litera dominicalis uel solaris.Huius autē literæ dominicalis quotānis mutatio fit ex gemina causa,ut Ioānes Stoffler. dicit in suo calēdario propositione secunda,prima est, quoniā annus solaris cōmunis,365.continet dies:quos si per.7.diuiseris,uidebis in quotiente.52.hebdomadas & diem unum residuum.Cum igitur feriarum elementa sint.7.scilicet a b c d e f g.quibus crebra repetitione omnes complemus & numeramus hebdomadas:tandē unus erit dies residuus:propter quem in Romano calendario. A.litera io anni principio calēdis Ianuarii:& eadem.A.litera in fine.ultimo die Decembris inseritur. Quare necesse erit anno cōpleto literā dominicalem mutari. Inde etiam palàm est easdem literas retrograde numerari.Secunda huius mutationis causa ex anno bissextili oritur. Annus enim solaris C. Iulii Cæsaris ex.365. diebus & 6.horis conflatur,quę annuatim collectæ in.4.anno. diem constituunt.Is.6.calendas Martii hoc est die.24.Februarii in festo sancti Mathiæ apostoli in litera.F repetita intercalatur:& ex cōsecutione fit literæ dominicalis immutatio , Hinc cyclus solaris originē habet.Nā ut ibidē ait Ioānes Stoffler. cyclus solaris uocatur spatium.28.annorum solarium.Cyclus à Græco κύκλος:quod latine sonat orbis,aut circulus.Solaris autem à Sole non ꝙ Sol in eo spatio temporis cōpleat cursum suum , orbem signiferi aut circulum propriū permeādo:sed ideo ꝙ in.28.annis ad sua debita redeunt principia omnes uarietates,q̃ ex litera solari , hoc est dominicali ex bissexto

ac concurrentibus contingere possunt Rō uero.28. annorum hæc est. Nā cum dies hebdomadæ sint .7. & bissexti tñmodo.4.anno.cōtingant, si per 4.septē multiplicauerimus, emerget numerus annorum. 28. inquibus oēs narietates, quæ per literam dominicalem, bissextum & cōcurrentes accidere possunt, in pristinam redibunt formā:& bissextus per omnes currit ferias, ut patet in sequenti tabella.

B Licet autem Romani prisci nō usi fuerint feriis septimanarum:sed distinxerunt annos per menses, & dies per calendas, nonas, & idus, nichilominus retrocedēdo ab anno præsenti iuxta consuetudinem christiani populi : qui ferias & hebdomadas obseruat, inquiremus à qua feria Cæsar primum annum solarem incepit, uidelicet anno 45.ante Christū, ut superius ostēdimus & probabimus in præcedenti hypothesi. Nam præcedenti anno domini.1524 bissextili currunt literę.C.B. Addantur ergo annis domini prædictis præcedentes anni.45 à correctione calēdarii per Iulium Cæsarem ad Christum: & consurget numerus annorum.1569.partiaris omnes istos simul collectos in. 28.quoties poteris: & inuenies in eis.56.uicibus impletum esse numerū.28.cycli solaris ex literis dominicalibus & unus dies inde remanebit, qui ē dies correctionis calendarii.Vnde si hoc anno habemus lr̄as dominicales.C.B.necesse est,ut in eodē anno correctionis calēdarii retrocedēdo inueniamus similiter annum bissextilē.C.B. Sed qm̄ ille annus non potuit esse bissextilis, sed cōmunis ex eo ꝙ præcesserit eū annus confusionis in quo consumpti sunt oēs dies superflui; necesse est ut litera.C.includatur in eodem anno confusionis.26.die Decembris , & sic ultimo die Decembris fuit feria.6.& calēdis Ianuarii in exordio anni correctionis fuit sabbatum:qm̄ tūc mutata est lr̄a dn̄icalis, quæ fuit B.& cū B annotet secundæ diei Ianuarii, patet ꝙ eo anno calendis Ianuarii, ubi annotatur lr̄a A fuerit sabbatum Hoc ēt probatur ex tabulis Alphonsinis quod.s. tūc fuerit congressio luminariū calēdis Ianuarii in sabbato, ut affirmat d. Paulꝰ eps. Ex obseruationibus Ptolemæi, & ex aliis tabulis idem ꝓbatur. Nā, ut diximus in

Tabella cycli solaris cū literis dominicalibus.

1	G	F
2	E	
3	D	
4	C	
5	B	A
6	G	
7	F	
8	E	
9	D	C
10	B	
11	A	
12	G	
13	F	E
14	D	
15	C	
16	B	
17	A	G
18	F	
19	E	
20	D	
21	C	B
22	A	
23	G	
24	F	
25	E	D
26	C	
27	B	
28	A	

præcedenti quinta hypotheſi, Ioãnes Stoffler. inuenit hãc luminarium cõiunctionem ante Christũ anno 45. die prima Ianuarii hora 6. min. 44. ſec. 55. à meridie numerandis uidelicet poſt Solis occubitum: & dominus Paulus epiſcopus dicit in 12. lib. ſecũdæ partis c. 3. comperimus hanc lunationem factam fuiſſe anno 45. ante Christi natiuitatem iuxta uſitatã cõputationẽ die 1. Ianu ho. 7. mi. 6. ſec. 35. poſt meridiẽ, cum. ſ. iam Sol ipſe occiderit. Veram autẽ coniunctionem factam inueni ho. 1. min. 50. poſt mediam noctem eiuſdem diei. ſ. inter diem ueneris & ſabbatum. Vnde patet ꝙ incipientibus diẽ ab occaſu Solis: hæc lunatio ſecundũ mediũ motũ fuit in principio ſabbati. Incipientibus uero diẽ à media nocte ſecundum uerũ motum fuit etiã in principio ſabbati Siue ergo Cæſar acceperit diem à media nocte: ſiue ſecundum alios ab occaſu Solis: certum eſt Cæſarem hãc lunationem annotaſſe diei, qui ſucceſſit occaſui Solis, uel mediæ nocti. Et licet in ſupputationibus tẽporũ obſeruẽtur motus medii, qui ſunt uniformes: potius quã ueri motus, qui ſunt diuerſi: tamen quia tunc Cæſar inſtituit initium emendationis temporũ, congruũ fuit, ut ſolũ in tali exordio obſeruaret uerã lunationẽ, ſi diẽ incepit à media nocte: obſeruatis deinceps in ſequẽtibus, mediis lunationibus. Si uero incepit ab occaſu Solis, nulla dubitatio eſt, quin hęc lunatio etiã ſecundũ mediũ motũ pertineat ad ſabbatũ cũ fuerit poſt Solis occubitũ. Nũc uero ad ſequẽtes literas dominicales & annos biſſextiles trãſeamus. Præcepit nãq; Cæſar ſacerdotibus poſtquã emendauerat calendariũ, ut anno 4. cõpleto intercalarẽt unũ diẽ 6. calend. Martii, ut in ſecũda hypotheſi ſuperius probauimus ex authoritate Macrobii & Solini & ipſi anno 4. nõ peracto, ſed incipiẽte intercalarũt Vnde ipſa prima intercalatio à ſacerdotibus facta eſt anno 4 incipiẽte à correctione calẽdarii: qui erat annus tertius a promulgatione ipſius: & ſic inde ipſi ſacerdotes cõnumerantes annos a promulgatione calẽdarii ſucceſſiue de anno tertio in tertium cõtra iuſſionẽ Cæſaris intercalarũt ſpatio 36 annorũ. ſ. ab ipſa promulgatione calẽdarii: quã pręceſſerat annus correctionis. Sed poſtea hoc emendauit Auguſtus qui iuſſit annos 12. ſine intercalatione decurrere: quorũ 8. præceſſerunt Christi natiuitatẽ: & quatuor ſubſecuti ſunt. Vnde & quarto anno a natiuitate Christi: non fuit biſſextus: ſed anno octauo ſequenti cum iã literæ dominicales ad locũ ſuũ poſt quartum Christi annum redierunt iuxta Cæſaris ordinationem. Vt autem hoc apertius pateat propterea ſubſequẽtẽ tabulam deſcripſimus.

Tabula uerax iuxta uerba Macrobii & Solini

Anni à correctione calendarii cũ literis dñicalibus.		Anni correct.	Anni à natiuitate dñi		Anni cor.	Anni chri	
1	B	28		B A	55	10	E
2	A	29		G	56	11	D
3	G	30		F	57	12	C B
4	F E	31		E D	58	13	A
5	D	32		C	59	14	G
6	C	33		B	60	15	F
7	B A	34		A G	61	16	E D
8	G	35		F	62	17	C
9	F	36		E	63	18	B
10	E D	37		D C	64	19	A
11	C	38		B	65	20	G F
12	B	39		A	66	21	E
13	A G	40		G	67	22	D
14	F	41		F	68	23	C
15	E	42		E	69	24	B A
16	D C	43		D	70	25	G
17	B	44		C	71	26	F
18	A	45		B	72	27	E
19	G F	46	1	A	73	28	D C
20	E	47	2	G	74	29	B
21	D	48	3	F	75	30	A
22	C B	49	4	E hucusq;	76	31	G
23	A	50	5	D emẽdatio	77	32	F E
24	G	51	6	C	78	33	D Passio
25	F E	52	7	B	79	34	C Chrĩ
26	D	53	8	A G	80	35	B
27	C	54	9	F	81	36	A G

Ex hac tabula digesta ſm uerba Macrobii & Solini patet q annus conceptionis Christi fuit anno.45.à correctione calendarii:& in fine illius anni natus est Christus die.25.Decembris eadẽ litera dominicali B adhuc perseptem dies currente.Vnde octauo die à natiuitate Christi,scilicet calendis Ianuarii mutata est litera uidelicet A.quæ deseruit anno primo Christi in computatione sumpta à ca

lendis Ianuarii. Hic primus annus à natiuitate Christi fuit.46.à correctione calendarii per Iulium Cæsarem. Vnde manifestum est ex hac euidentissima ratione, q annui domini ꝑm usum ecclesiæ cõ putantur ab eius natiuitate, qui reducuntur ad calendas Ianuarii immediate sequentis ablatis præcedentibus diebus septem. Cogit me ueritas nũc amici mei errorẽ detegere. Amicus meus dominus Paulus episcopus Forosempronien sis: sed magis amica ueritas. De scribit nãq; idem dominus Paulus tabulã literarum dominicaliũ & bissextorum ante Christum & tempore Christi in.12.libro secũ dæ partis suæ Paulinæ: quam aliter digessisset, si diligentius uerba Macrobii & Solini considerasset. Ex dictis & probatis facile possumus eius tabulæ nonnullos errores pandere. In primis enim anno primo correctionis calendarii non annotat literam.B.sed addit su periorẽ literam.C. uno. scilicet anno tabulæ adiecto. Quare descri bit conceptionem Christi anno à correctione calendarii.46. Coactus est autem adhere literam.C. quia plus unum bissextum ponit anno 4. Christi. Ex quo bissexto deficiebat sibi annus unus, quẽ eo modo restaurauit. Opinatus est ergo fuisse feriam sextam calendis Ianuarii, quoniam Iulius Cæsar calendarium emendauit, ut ipse attestatur se hoc cõputasse ex obseruationibus Ptolemæi, licet asserat iuxta tabulas Alphonsinas tunc fuisse sabbatum. Sed si consyde rauerimus obseruationes Ptolemæi in codicibus nõ uitiatis: quas imitatus est Alphonsus, absq; dubio reperiemus tunc fuisse sabbatum, ut superius iam declarauimus: non solum ex computatione Astronomica, sed etiam ex computatione literarum dominicaliũ retrocedẽdo ab hoc rempore ad illud. Et quoniã uno errore dato plures in de sequũtur: ideo ipse alium errorem addidit, quia primũ bissextum factum errore sacerdotum assignat anno tertio incipiẽti à correctione calendarii: quod est contra sententiã Macrobii & So lini: qui fideliter rem gestam describẽtes dicunt sacerdotes primũ bissextum fecisse anno quarto incipiẽte. Sic itaq; inde omnes bisse xti de triẽnio in triẽnium ab eo non describuntur in sua tabula eo anno, quo à sacerdotibus facta est intercalatio. Ex hoc ergo erroneo fundamẽto cogitur enumerare annos domini à sua cõceptione contra usum diu seruatum per ecclesiam Romanam & contra prædictam euidentem rationem à nobis inductam. Deinde ponit anno Christi quarto bissextum: quem nos tunc non fuisse ex cõuenienti computatione monstrauimus. Nam ex quo sacerdotes quar to anno incipiente à correctione calendarii iuxta sententiã Solini

& Macrobii primam intercalationem fecerūt: deinde intercalario nes de triēnio in triēnium obseruarunt: patet quod ultima eorū in debita intercalatio quæ fuit duodecima peruenit usq; ad annū.37. à correctione:qui fuit.36. à promulgatione calēdarii. Inde ergo se cuti sunt anni.12 absq; intercalatione: quorū.8.præcesserunt Christi natiuitatem &.4.subsecuti sunt ideo quarto anno à Christi natiuitate non fuit bissextus. Sed dominus Paulus anno quarto Christi,qui est.49.à correctione calendarii, annotat bissextum in literis F.E.& sic minuit annum,quem in prima litera.C.ante.B in sua tabula in principio superaddiderat:ex eo quod putabat Cæsarē correctionē calendarii calēdis Ianuarii à feria sexta non à sabbato incepisse.Quod totum ex imaginatione sua adinuenit mente sua cōfingens nouum errorem sacerdorum. Licet antem sacerdores ex indebita intercalatione per trigintasex annos errauerint. tamē post emendationem factam per Augustum,qui absq; intercalatione ire iussit annos.12.nullum alium errorem fecerunt. Sed dñs Paulus in.12.libro.secundæ partis suæ Paulinæ absq; authore proprio sensu confingit, ut diximus, alium errorem sacerdotum post annos.12. absq; intercalatione peractos. Affirmat enim Iulium Cæsarem instituisse primum annum solarem communem & quartum bissextilem:sed sacerdotes, quibus intercalandi potestas commissa fuerat, errorem in intercalando cōmisisse: Quem cū Augustus animaduerteret,iussit.12.annos sine intercalatione decurrere,ut cyclū Cæsaris in integrum restitueret. Sed tūc per sacerdotes error fuit cōmissus facientes annum quadragesimumnonum bissextilem:quemiuxta decretum Iulii Cæsaris debebāt facere communem. Fuit enim hic annus primus post illos.12.annos sine intercalatione transmissos:Quo factum fuit,ut cyclus Iulii ab Augusto in integrum restitutus denuo per incuriam,immo per negligētiam sacerdotum fuit interruptus.hæc ille ad uerbū.Sed licet uerum sit quod dicit de errore sacerdotum post emendationem Iulii Cæsaris; tamen fictitiū & falsum est quod adiungit de ipsorum alio errore post emendationē Augusti: & est contra ea quæ dicit Solinus & Macrobius: Qui manifeste ostendunt post emēdationē Augusti sacerdotes nullum alium errorem fecisse. Nam post emendatum calendarium per Augustum dicit Solinus. Ex qua disciplina omnium postea temporū fundata ratio est. Et Macrobius multo euidentius dicit. Post hoc unum diem s̄m ordinationem Cæsaris quarto quoq; anno intercalari iussit Augustus: & omnem hunc ordinem æreæ tabulæ ad æter

nam custodiam incisione mandauit.Hæc Macrobius. Manifestum est ergo quod post emẽdatione Augusti, nullus alius error fuit sacerdotum.Itaq; anno à correctione calẽdatii quadragesimonono, qui fuit annus domini quartus:non fuit intercalatio, quam ibi in debite annotat dominus Paulus.Sed fuit postmodum intercalatio anno quinquagesimotertio,uidelicet anno Christi octauo,ut nos annotauimus. Quia ergo dominus Paulus anno quarto Christi superfluum bissextum facit: quo subtrahitur annus quem in principio tabulæ addiderat,ex hoc sequitur quod trãseat à sua computatione facta ab incarnatione,& cõuertatur ad nostram computatio nem ecclesiasticam factam à natiuitate: statim post quartum annum à natiuitate Christi reductis iam literis dominicalibus ad ordinem per Cæsarem institutum,cum scilicet sequitur litera.D. anno quinto natiuitatis Christi.Et ab eo anno & deinceps anni,quos ipse describit ab incarnatione:uere à natiuitate sumuntur:&conueniunt nobiscum in annis à natiuitate,siue à calendis Ianuarii sumptis, quando mutatur litera dominicalis. Hæc ergo est illa ratio euidentissima ad probandum annos domini à natiuitate sumi debere,quam superius promisimus in hypothesi tertia.Vt autem quæ dixi manifestius pateant,dñi Pauli tabulam erroneam subiungam.

Tabula erronea ex libro 12. secundæ partis Paulinæ.

Anni à correctione calendatii cum literis dominicalibus

			Anni dõmini				
1	C	28		B	55	10	E
2	B	29		A	56	11	D
3	A G	30		GF	57	12	C B
4	F	31		E	58	13	A
5	E	32		D	59	14	G
6	D C	33		CB	60	15	F
7	B	34		A	61	16	E D
8	A	35		G	62	17	C
9	G F	36		F E	63	18	B
10	E	37		D	64	19	A
11	D	38		C	65	20	G F
12	C B	39		B	66	21	E
13	A	40		A	67	22	D
14	G	41		G	68	23	C
15	F E	42		F	69	24	B A
16	D	43		E	70	25	G
17	C	44		D	71	26	F
18	B A	45		C	72	27	E
19	G	46	1	B	73	28	DC
20	F	47	2	A	74	29	B
21	E D	48	3	G	75	30	A
22	C	49	4	F E	76	31	G
23	B	50	5	D	77	32	F E
24	A G	51	6	C	78	33	D
25	F	52	7	B	79	34	C
26	E	53	8	AG	80	35	B
27	D C	54	9	F	81	36	AG

Hæc igitur tabula eius continet, ut diximus, plures errores: quos nunc per epilogum repetimus. Primus error est: quia superaddit author unam literam scilicet. C. & ex consequenti unum annum contra rationem dictam. Alius error est, quia non quarto anno à correctione calendarii primum bissextum deordinationis facerdo tum ponit: sed tertio ab addita litera. C. Qui tamen est secundus à litera. B. cuius annus fuit primus emendationis calendarii: & inde omnes bissexti eius non servant ordinem facta deordinatione

in principio. Demum annotat bissextum anno.4. Christi: quī super fluit: sed tñ illo posito fit reductio ad uetā computationem sumptā à Christi natiuitate secūdū usum cōem ecclesiæ. Sicut qñq; bonus dormitat Homerus: sic & iste dñs Paul⁹ in p̄dictis, & in aliquibus aliis dormitauit: & in quibusdam sibiipsi uidetur cōtradicere. Nā in hac tabula nullum ponit bissextum annis nouem ante Christū: & tamē in libro. 11. secundæ partis dicit annum ante natiuitatem Christi fuisse bissextilem: & annum. 5. & .9. nisi forte hoc intelexerit quod tūc fuisset bissextus, nisi sacerdotes in errorē indebite intercalādo incidissēt. In annis etiā bissextilibus errauit Dionysi⁹ abbas Romanus in sua tabula: quia ponit annum ante Christi incarnationem bissextilem in literis. D. C. & annum similiter quattum domini bissextilem in literis. F. E. & consequenter errauit in anno passionis Christi. Recte tamen ponit literam. B. Anno incarnationis dominicæ.

Septima hypothesis de tempore Olympiadum. *Cap. 7.*

SEptima hypothesis est de tempore Olympiadum. Cum Græci tempora supputent per Olympiades: quæ institū to nostro deseruiūt: inquirēdum est unde dicatur Olympias. & quot annos contineat: & quādo sumpserunt initium prędictæ Olympiades & quo tempore ipsarum anni exordiātur. Sicut ait Eusebius & Isidor⁹ in. 5. etym. Olympia ludi erāt, qui in honorem Iouis Olympii apud Pisam & Elidem Græcię oppida celebrabātur, hoc est gymnicū certamen, quod quinto quoq; anno fieri solebat. Sed. quoniā, ut ait Eusebius, in gymnico certamine uictore primo existente Chorebo Helinēse: Helii agūt quinquēnale certamen quotuor annis in medio expletis, in quibus principes annui constituebātur quatuor: Idcirco Iphitus filius Praxonidis siue Hemonis primus instituit Olypiadem ex quatuor annis ad ordinem temporum digerēdum. Vnde Olympias dicta apud Græcos quatuor annorum continet spatium: ut etiam Solinus, Eusebius, Africanus, Flegon, & alii plures attestantur. Et exinde Gręci tempora ab Olympiadibus cōputare cœperunt ita numerantes Olympiadis primæ aut secūdæ aut cētesimæ anno primo, uel secūdo, uel tertio, siue quarto. Cōstant sanè. ut ait Eusebius, Aeschyli Atthenienium iudicis secundo anno primam Olympiadem actam simul cū gymnico certamine. quæ incepit integris annis septingentis se-

ptuagintaquinq; ac tribus mensibus ante Christi natiuitatem, ut Euseb ius in libro de temporibus annotat. Anni autem Olympiadum apud Græcos incipiunt ab æquinoctio autumnali: quod probatur ratione simul & authoritate. Nam eo anni tempore initium habent ipsi anni Olympiadum: quo annus ipse apud Græcos habet exordium:cum Olympiades ab ipsis Græcis institutę sint ad ueram annorum distinctionem ut certitudo rerum gestarum per determinata tempora plenius habeatur. Dicit enim Africanus in tertio annalium libro. Vsq; ad Olympiades nihil exploratum in historia Gręcorum inuenitur sed omnia confusis conscripta temporibus sunt. Post Olympiades uero, quoniam quadriennio diligentissime omnia notabantur, nulla penitus confusio temporum fit, hæc ille. Sed apud Græcos anni principium est in æquinoctio autũnali, uel propè ipsum æquinoctium. Nam Alphonsus in tabulis describit menses Græcorum ad annos Alexandri magni regis ab Octobri incipientes. Et Rogerius Bacho in epistola ad Clementem 5 dicit Græcos anni exordium sumere à lunatione Octobris. Et hic primus mensis apud Græcos, ut dicit Alphonsus, uocatur Tisrim: qui mensis partim, sed raro, currebat cum Septembri in calendario Romano: & partim sæpissime cum Octobri. Huius causa erat: quoniam Gręci habent menses mobiles sicut Hebræi, & non menses fixos & stabiles, ut Romani. Et sumunt anni principium à lunatione propinquiore æquinoctio autumnali: quod ut plurimum accidebat in Octobri: licet etiam quandoq; iuxta finem Septembris. Tunc ergo incipiebant anni Olympiadum. In fine autem anni eorum: scilicet in menses Septembri fiebat mensiũ intercalatio, ut refert Glaucippus: & tunc fiebat agon gymnicus, quo nudi ludebant. Pindarus autem dicit eiusmodi ludicra ab undecima ad 16. diem, hoc est qunq; diebus perdurasse. Et agone gymnico peracto in fine æstatis: incipiente mox autumno, erat eis principium anni simul & Olympiadum. Quod autem prædicti ludi fierent eo tempore quo dictum est, manifeste ostendit Titus Liuius: qui in septimo libro tertię decadis ait. Olympiæ ludicrum ea æstate futurum erat: quod maximo cœtu Græciæ celebraretur. hæc ille. Cũ ergo dicit: ea æstate: non de principio & medio: sed de fine æstatis loquitur, ut dictum est. Idem affirmat Censorinus in libro de die natali, capite de annis Romanis, ubi dicit. hic annus uelut index & titulus quidam est Vlpii & Pontiani consulatus ab Olympiade prima, millesimus est & quartus decimus ex diebus duntaxat æstiuis,

quibus agon Olympiacus celebratur. hæc ille. Et quoniam Octauianus Augustus iuxta finē æstatis mense Augusto de Alexandria Aegypti triumphauit propè id tempus, quo fiebat gymnicum certamen: postmodum etiā ipse Romæ instituit eodem tempore ludos & certamina secundū ritum Græcorum. Nam completo quarto anno 193. Olympiadis: & incipiente primo 194. Olympiadis, sicut in Eusebio de temporibus annotatur, Augustus gladiatorum ludum & nauale certamen exhibuit. Tunc etiam instituit inditiones tributorum, uidelicet anno tertio ante Christi natiuitatem in autūni principio. Vnde & tabelliones ad inueniēdum anni inditionē in publicis instrumentis inferendam, quæ tribus lustris preficitur, idest 15 annis addunt annis domini tres annos & partiuntur uniuersam annorum summam in 15. quoties possunt: & numerus qui inde remanet, indicat anni currentis inditionem, ut etiam Guliel mus Durantus affirmat in rationali diuinorum officiorum. Hæc inditio tributorum & census licet facta fuerit primo anno Olympiadis 194. tamen executioni mandari cœpit anno sequenti. Propterea Eusebius anno secundo dictæ Olympiadis hæc scribit. Edicēte Cæsare ex senatus consultu Quirinus siue Cyrinus in Iudæam missus, census hominum possessionesq́, describit. Quod & conuenit euangelio Lucę secundo ubi dicitur. Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. Hęc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino. & anno quarto dictæ Olympiadis: dum adhuc fieret solutio census, Christus iuxta solstitium hyemale natus est. Augustus ergo ut conformis in hoc esset Græcis in principio annorum Olympiadū, posuit firmam sedem inditionum uidelicet octauo calendas Octobris, hoc est uigesimo quinto die Septembris in ipso autumnali æquinoctio, ne accideret in computationibus error. Nam, ut dicit Ioannes Stoffler. in suo calendario, propositione tricesimaquarta sub literis. Nn. prisci quarta & uigesima die Septembris æquinoctium autumnale collocauerunt. hæc ille. Quare tabelliones imperiali authoritate fungentes mutant inditiones die uigesimoquarto Septembris. Et ideo periti cōputatores temporum ab eo die incipiunt annos Olympiadum tanq̃ à firma & stabili sede. Tabelliones uero pontificali authoritate pollentes in curia Romani pontificis mutant inditiones ulterius per tres menses: scilicet in die natiuitatis domini, qn̄ anni Christi mutātur, ut patet in actis concilii Cōstantiensis, in quibus mutat̄ annus dn̄i & inditio simul in die natiuitatis Christi. Hoc autem fecit pōtifex

ut simul cõcordaret annos domini & inditiones. Hinc arbitror authorem supplementi chronicarum fuisse deceptum: qui absq; ratione & authore ullo dicit annos Olympiadũ in hyemali solstitio incipere, quia forte consyderauit inditiones pontificales & nõ imperiales, uel fallacia deceptus est: quoniam authores Græci in fine sui anni dicunt fieri gymnicũ certamen; & ipse non accepit finẽ anni Græcorum in calce ęstatis, ut ipsi ponunt: sed in fine anni Romanorum iuxta solstitium hyemale: ac trãsiuit à fine anni Græcorum ad finem anni Romanorũ. Ab imperialibus ergo inditionibus & non à põtificalibus: & ab æquinoctio autumnali non à solstitio hyemali, anni Olimpiadum sumunt initium. Non est mirandum si plures authores Græci non dicant quo mense inceperunt anni Olympiadum: quoniam hoc apud eos erat notissimum, quòd eo tempore inceperint quo eis anni erat exordium.

Octaua hypothesis de annis Imperatorum Romanorum tempore Christi computatis ab urbe condita. Cap. 8.

Octaua hypothesis est de annis Imperatorum Romanorum tempore Christi computatis ab urbe condita. Quoniã anni Christi in euangelio computãtur per tempora Romanorũ Imperatorum: ideo neccessariũ est nobis eorũ notitiam habere per computationem annorum tam Olympiadum quã urbis cõditæ. Sed prius oportet agnoscere quo tempore Roma condita fuerit. Romanæ urbi, quam Romulus cõdidit, ipse & nomen imposuit ut M. Varro, Titus Liuius, & Sallustius affirmãt. Tempus uero quo Romana urbs condita est, describitur ab Eutropio, qui ait Romulus cũ inter pastores latrocinaretur, decẽ & octo annos natus urbem exiguam in Palatino monte constituit. 12. calendas Maias Olympiadis sextæ. Idem affirmat Orosius. Currebat quidem tunc quartus annus sextæ Olympiadis. Dionysius autem Halicarnasseus describit eam conditã anno primo septimæ Olympiãdis, & similiter Solinus. Nec tamẽ Dionysius & Solinus plurimũ differunt ab Eutropio & Orosio: sed simul aliquo modo coueniunt quia idẽ primus ãnus cõditæ urbis ferè dimidius fuit in fine sextę, & penè dimidius in principio septimæ Olympiadis: quoniã Roma cõdita est medo uere die. 20. Aprilis: Olympiadũ uero anni incipiunt iuxta autumni ęquinoctiũ. Itaq; pars anni illius fuit in fine p̃cedentis Olympiadis, & in principio subsequentis. Romani uero

quos Orosius & Eutropius imitātur,ex publica fide annaliū Romanorū incipiunt primū annum conditæ vrbis, à 4.anno sextę Olympiadis Quod ꝓbatur ex hoc,ꝙ imperātibus Romæ duobus Philippis patre videlicet & filio āno dñi ducētesimo quadragesimo octauo: millesimus annus Romanæ urbis fuit.& tunc, ut ait Pōponius Lætus eorū anno secū do ingenti pompa magnoq; sumptu & apparatu, seculares ludi anno millesimo ab urbe cōdita. 12.calēdas Maii celebrati sunt. Ab anno aūt.4.sextæ Olympiadis usq; ad annum.3 Olympiadis 256. cum fuit annus secundus ꝑdictorū imperatorū sunt Olympiades. 250.quæ cōtinent annos mille. Et ab urbe condita usq; ad Christi natiuitatē, ut ait Paulus Orosius fuerunt anni 753.Quos si coniunxeris annis dñi. 248. quo tempore fuit annus millesimus urbis:similiter cōficies millenariū numerum.Idē confirmatur ex uerbis Censorini: qui authorem Varronē imitatus ait in libro de die natali,capite de annis Romanis. De Olympiadū tpe fuit aliquā inter authores dissensio in sex septēne tātūmodo annis uersata.Sed hoc quodcūq; caliginus Varro discussit:& ꝓcætera sua sagacitate nunc diuersarū ciuitatū conferens tempora: nunc defectus eorumq; interualla retro dinumerans eruit uerū , lucēq; ostendit,per quā numerus certus non annorū modo,sed & dierū perspici possit.Secūdū quā rōnē,nisi fallor, hic annus cuius uelut index & titulus quidā est Vlpii & Pontiani cōsulatus ab Olympiade prima millesimus est & quartusdecimus ex diebus duntaxat æstiuis: quibus agon Olympiacus celebratur. A Roma autem condita non gentesimus nonagesimus primus.& quidē ex palilibus unde urbis anni numerantur.hæc ille Si ergo ab annis.1014. ex prima Olympiade acceptis:minuas annos.23.hoc est Olympiades sex uno anno minus ante urbē conditam residui erūt anni cōditæ urbis.991 ut recte cōputat Censorinus ab anno.4.sextæ Olympiades.Etideo potius tenendū est Romā conditam propè finē sextæ Olympiadis

B q̄ iuxta principiū septimę Nunc uero describendi sunt anni imperatorum tēpore uitę Christi per annos Olympiadū & urbis conditæ:qm̄ Christus natus est sub Cæsare Augusto, & passus est sub Tiberio successore ipsius. Quot annis imperauerit Augustus, licet diuersis modis describant Chronographi & historici, tamen una cōueniunt,si diligenter inspiciātur.Nam alii sumunt initium imperii eius à nece Iulii Cæsaris, alii à Aprimo eius consulatu uel à triūuiratu,alii ab Aegypto subiugata , alii uero à Monarchia Augusti.Et ideo prius dicendum est, quo anno Iulius Cæsar occisus est . Eu-

tropius scripsit Iulium Cæsarem interemptum fuisse anno ab urbe condita septingentesimo ferè ac nono. Dicit autem ferè quia iuxta finem anni septingentesimi noni occisus est. Nam conspiratione Bruti & Cassii idibus Martii hoc est die 15. mensis eiusdem gladiis cõfossus interiit sexto & quinquagesimo ætatis anno authore Suetonio Et completus est idem annus conditæ urbis septingentesimus nonus die 20. Aprilis immediate sequentis, quãdo sumitur initium annorum ab urbe condita: ac de illo anno deficiebat unus
B mensis & dies quinq;, ut ex computatione patet. Præcedenti autẽ anno ipse Cæsar emendauerat calendarium, ut supra dictum est. Quod etiam ipse Cæsar fuerit interemptus anno ab urbe condita 709. confirmari potest per scripta C Iulii Solini: qui ab urbe condita usque ad consulatum Hircii & C. Pansæ, computat annos 710. Nam post occisum Cæsarem idibus Martiis, statim fasces susceperunt Antonius & Dolobella & inde sequentibus calendis Ianuarii fuerunt consules Hircius & Pansa anno scilicet ab urbe condita 710 Imperauit autem Iulius Cæsar post dictaturã initã tribus annis & septẽ mensibus secundũ Iosephum & Egisippũ. Nam anno ab urbe condita 706. inchoato, & anno primo penè cõpleto Olympiadis 183. dictaturam iniit: & anno urbis conditæ 709 atque anno 4. prædictæ Olympiadis periit. Licet autem Eusebius in libro de temporibus annotet imperio eius annos quatuor & menses 7. nõ propter hoc tãto tẽpore imperauit: quoniã idẽ Eusebius adiũgit imperio eius duos ferè annos uacantis imperii post cædẽ Cæsaris: antequã Octauianus cõsulatũ & triumuiratũ acciperet: à quo tempore Eusebius & deinceps enumerat annos imperii Augusti. Consueuit enim Eusebius interregni annos præcedenti regi adiicere: quod & fecit primo regi Romulo. Nam licet ille regnasset annos 37 tamen ipse annotat regno eius annos 38. superaddens ei annũ uacãtem inter mortẽ Romuli & primum annum Numæ Põpilii. Tempore autem necis Iulii Cæsaris, Octauius agebat annum 18. ut placet Suetonio, Lucio Floro, & Eutropio. Erat autẽ ferè in dimidio anni decimi octaui: quoniam authore Suetonio natus est Octauius die 23. Septembris, & a Septembri ad Martium est anni dimidium. Quod autem post mortem Cæsaris fuerint ferè duo anni uacantis imperii facile probatur ex Appiano Alexandrino diligentissimo ciuilium bellorum scriptore: Qui dicit, Octauiũ Augustum defuncto Cæsare paucarum uirium extitisse. Nam post Cæsarem interemptum sequentibus postea Calendis Ianuarii,

Hircius & Pansa consules fuerunt. Quibus occisis:inde subsequentibus calendis Ianuarii primum consulatum cum Quinto Pedio sibi cohærede uiolenter assumpsit. Dicit enim Suetonius Consulatum uigesimo ætatis anno inuasit. Inceperat autem uigesimum annum per tres mẽses & hebdomadam, scilicet quãtum est à die 23. Septembris, quando natus est usq; ad calendas Ianuarii, cum accepit primum consulatum. Sic ergo intercesserunt à morte Cæsaris ad primum Octauii cõsulatum duo anni, uidelicet minus duobus mensibus cum dimidio, scilicet quantũ est à calendis Ianuarii ad 15. diem Martii quando Cæsar occisus est Paulo post primum consulatum Octauianus triumuiratum adeptus est cum M. Antonio: & M. Lepido. Si ergo anni Augusti enumerentur à cæde Cæsaris, a quo fuerat hẹres institutus, fuerunt anni 58. menses. 5. dies 4. uidelicet ab anno. 18. ætatis suæ in dimidio currente usq; ad ipsius obitum, qui authore Suetonio fuit. 19. die Augusti septuagesimo & sexto ætatis anno: de cuius ẹtatis anno ultimo deficiebãt dies triginta quatuor, uidelicet quantum est à die. 19 Augusti, quando obiit, usq; ad diem. 23. Septembris tunc sequentis, quando natus fuerat. Et ita cõputat Cornelius Tacitus: qui dicit ipsũ imperasse annos 58. licet de mẽsibus & diebus taceat. Et sicut Eusebius illos ferè duos annos uacantes attribuit Cæsari: ita uersa uice Cronelius Tacitus eosdem adiungit Augusto. Sed melius enumerantur anni proprii imperii eius à primo consulatu: uel à triumuiratu, ut Suetonius, Eutropius, & Eusebius computant. Sicq; à primo consulatu ad obitum suum imperauit annos quinquagintasex menses septem dies 19. quoniam primum consulatum accepit calendis Ianuarii anno. 20. ætatis suæ inchoato per tres menses & hebdomadam: & obiit die. 19 Augusti 76. ætatis anno minus diebus. 34. Si uero cõputentur eius anni ab Aegypto subiugata postquam à triumuiratu penè transierant anni. 12. ut Græci enumerãt à mense Augusti: tũc fuerunt imperii eius anni ferè. 45. Si autem à monarchia eius post duos annos & paucos menses postquã subiugauerat Aegyptũ, quãdo monarchiã assumpsit, ut ait Censorinus calendis Ianuarii, quã uis, ut ipse dicit, & ante diem. 16. calendas Februarii Iulii Cæsaris diui filius Imperator Augustus sententia Numatii Planci à senatu cẹterisq; ciuibus appellatus est: tũc anni monarchiẹ ipsius fuerunt quadragintatres, sed non integri. Obiit autem Augustus anno ab Vrbe condita. 767. & anno secundo penè completo Olympiadis 198. die. 19. Augusti, per mensem & paucis diebus ante initiũ ter-

tii anni prædictæ Olympiadis.Dicit enim Eutropius lib.7. Anno ab urbe condita. 767. ipse Augustus rem.p.beatissimam Tiberio successori reliquit. Qui priuignus ei: mox gener:postremo adoptiuus filius fuerat.Idem confirmat Orosius. Mortuo igitur Augusto, successit ei idem Tiberius:& imperii eiusdē anni à morte Augusti enumerātur;quia mox à populo Romano tāquā imperii hæres Imperator appellatus est;licet aliquādiu distulerit exequi rei.p.gubernationem.Obiit autem Tiberius,ut Suetonio placet, octauo & septuagesimo ætatis anno tertio & uigesimo imperii.17. calendas Aprilis,hoc est:die.16.Martii. his præsuppositis soluamus nodum proposite quæstionis.

Solutio quæstionis. *Cap.9.*

A PRopositam quæstionem de anno,mense,& die passionis & mortis Christi primo determinabimus. Deinde uitæ ipsius nonnulla tempora digeremus. Demum soluemus siquid obiectum fuerit in oppositum.Quantum pertinet ad tempus passionis Christi duo firmiter tenēda sunt ex euāgelica doctrina iuxta usum ecclesiæ,ut superius diximus in prima hypothesi,uidelicet quod Christ⁹ mortē passus est luna.15. primi mensis & quot tūc erat feria sexta, quam diē ueneris dicimus.Quæ duo inquirēda sunt per lunationes & per ordinem literarum dominicalium. Ad reperiendam ergo lunam.15.primi mensis recurrendum est ad cyclum lunarem.19.annorum.1.aureum numerum Iulii Cæsaris:qui ostendit lunam primam:& ex consequenti per datā regulā superius cognosci potest luna.15.secūdū mediū cursum,ut erat in usu apud Hebræos. Tunc autem iste cyclus.19. annorum Iulii Cæsaris cum institutus fuerit circa tempora Christi: deseruit ad inueniendam lunā.15 primi mensis:quando passus est dominus. Et quoniam (ut supra dictum est) ipse Iulius ante natiuitatem Christi annis 45.correxit calendarium:& tunc annotauit unitatem aurei numeri calēdis Ianuarii:si uolum⁹ scire quotus fuerit aureus numerus Cæsaris tempore passionis Christi. addamus prędictos.45. annos præcedētes Christi natiuitatem:annis uitæ Christi:& inueniemus quod anno.33.uitæ Christi cōsurget numerus annorū.78. Partiamur ergo totum collectum in.19. annos quoties possumus, & reperiemus quot quater uicibus aureus numer⁹ perfecit cyclū suum.Nam decem & nouem anni quater ducti fiunt.76.Itaq; si ascē

damus usq; ad numerum.78 remanebunt nobis de aureo numero secundo. Ergo anno domini.33 .iuxta cyclum lunarem Iulii Cæsaris fuit aureus numerus .2. & sequenti anno domini uidelicet.34. fuit aureus numerus .3 .Iulius autem in suo calendario, ut superius patet in hypothesi quinta, annotauit aureum numerum binarium die.20.Martii:& aureum numerū.3.die nona eiusdem mēsis: quia sic ordo aurei numeri requirebat,ut superius dictū est. Anno ergo domini 34.quando fuit aureus numerus.3 luna.prima mensis primi fuit die.9.Martii:& ideo luna.15.fuit die.23. eiusdē.Non ergo potuit esse luna.15.die.25.Martii.sed tunc fuit luna.17. ergo tunc non est passus Christus,cum iuxta euangelium luna.15. passus fuerit. Anno uero præcedenti uidelicet.33.uitę Christi, quando fuit aureus numerus Cæsaris.2.luna prima mensis primi fuit die.20. Martii:& ideo luna.15.fuit die.3. Aprilis Has etiam lunationes in uenire possumus per aureum numerum descriptum in calendariis quibus tempore nostro utimur si fiat in eo aliqua reformatio . Fuit enim hic aureus numerus annotatus in calendario tempore concilii Niceni, anterius per unum diem à cyclo Iulii Cæsaris quoniam iam per unum diem sedem suam anticipauerat.Et ideo si posterius per unum diem reducatur, ostendit lunationes eodem modo sicut cyclus Iulii Cæsaris. Quoniam autem anno domini .323. in concilio Niceno aureus numerus unus annotatus est : inuenitur dictꝰ aureus numerus , si ab eo tempore partiantur anni domini per.19. uel per additionē unius anni ad annos à natiuitate domini & partitionē in .19. Quare inuenimus anno Christi . 33. dictum aureum numerum fuisse. 15. & sequenti.s.34. anno fuisse. 16. Accipe ergo calendarium,quod modo est in usu,& reperies aureum numerū.15 signatum die.19.Martii, & ideo per datam regulam sequenti die.s. 20 eiusdem fuit coniunctio luminarium. Aureum uero numerum 16.reperies annotatum die.8 Martii:& ideo sequenti die.s.9.eiusdem fuit luna prima Et sic iste aureus numerus ita reformatus conuenit cum aureo numero Iulii Cæsaris:& eodē modo per illum luna.15.reperitur. Easdem lunationes inuenire possumus per cyclos lunares,quibus utuntur Hebræi, & per alias tabulas astronomicas, ut mox subiūgemus,cum docuerimus inuenire feriam.6.passionis Christi per literas dominicales. Ad reperiendā ergo eādem feriā sextā passionis domini recurrēdū est ad literas dominicales retro cedendo à præsenti anno ad annum passionis Christi.Et,si recte cōputaueris,inuenies anno.33. Christi fuisse literam.D.& anno.34.

literã.C.Quod facile sic fieri poteſt. Hoc anno domini 1524. ſunt duæ literæ dominicales.C.B.propter biſſextum. Require tabellam cycli ſolaris cum literis dominicalibus in hypotheſi 6. &inuenies è directo literarum.C.B. cyclum ſolarem 21.retrocede partiendo cyclum ſolarē per 28.quoties poteris,& reperies anno Chriſti 33. cyclum ſolarem 14 è directo literæ dominicalis.D & anno ſequē ti cyclum ſolarē 15. è directo literæ.C. ergo anno domini 33.fuit litera dominicalis.D. & anno domini 34.C. Quando ergo currit litera dominicalis.C.tunc dies 25.Martii eſt feria quinta, hoc eſt dies Iouis,quia ibi ſignatur litera.G.quæ eſt quinta à litera C. Nō ergo eo die paſſus eſt Chriſtus,quia non fuit crucifixus die Iouis fe ria quinta,ſed die ueneris feria ſexta.Paſſus eſt autem præcedēti an no uidelicet 33.à natiuitate eius,quādo fuit litera dominicalis.D. nec tunc paſſus eſt die 25.Martii:ſed die 3.Aprilis,ubi ſignatur litera.B quæ tunc fuit feria ſexta cū.B.ſit litera 6. à dominicali litera.D.Itaq; Chriſtus inde ſurrexit die 5. Aprilis,ubi ſignatur litera D.quę tunc fuit litera dominicalis:quoniam die dominico,qui eſt dies Solis, Chriſtus à paſſione ſua tertia die reſurrexit à mortuis.

B Sed nunc reuertamur ad prædictas lunationes iuxta computationē hebraicam & aſtronomicam:& diem rurſus inquiramus,in qua paſ ſus eſt Dominus.Has ergo lunationes paſchales annorum Domini 33. & 34. computat dominus Paulus epiſcopus libro 7. ſecundæ partis per cyclum lunarem Hebræorum: & licet nominet eoſdē an nos ab incarnatione Domini: tamē uere ſunt à natiuitate eius ſcili cet poſt quartum annum Domini,ut ſuperius probauimus in ſexta hypotheſi:& ſic tempore paſſionis Chriſti non diſcrepat à cōſueta computatione eccleſiæ, quæ computat annos ab eius natiuitate. Dicit ergo in eodē libro ſeptimo ſecūdæ partis. Anno incarnatio nis uerbi die 34.currente 15.paſchalis menſis luna iuxta medium curſum,quo Hebræi utuntur ad ciuitatem ſanctam Hieruſalem fuit die 23. Martii quæ fuit dies Martis. Nam anno prædicto Cyclus lunaris quo Hebræi utuntur fuit.13. quare neceſſe eſt annum com munem fuiſſe duodecim duntaxat lunationum:cuius primi menſis nouiluniū ſecundū medium motum ad ciuitatē ſanctam Hieruſalē fuit in nocte ſequente octauā diem Martii hora 11. min 1. ſecund. 5.Eiusq; oppoſitio,quam 15.paſchalem uocāt, fuit die 23.Martii hora quinta minu. 23. ſecund.7. Cumque cyclus ſolaris huius an ni fuerit 15.neceſſe eſt literam dominicalem fuiſſe.C.& quia in directo 23.diei in Martii in Romano calendario ſignatur E. ſequitur

23. diem Martij fuisse diem Martis. Quamobrem necesse est. 15. lunam paschalem fuisse. 23. Martij die martis. Idem cōtinget si ad ueros planetarum motus, supputationem nostram reduxerimus. Fuit nanq; uera luminarium primi mensis coniunctio diebus æqua tis ad meridianum ciuitatis sanctæ Hierusalem die. 8. Martii completa hora. 19 min. 21. die Martis. Vera quoque oppositio & . 15. paschalis mensis fuit die. 23. Martij hora sexta min. 59. die martis post Solis occasum. In libro autem nono secundæ partis dominus Paulus Ait. Annus domini ttigesimusquartus nō est cōueniens passioni Chtisti, quia pascha fuit die martis. Et in libro quarto secundæ pattis dicit. Venerabilis Beda, & eius sequaces opinati sunt Dominum in humanis uixisse annos trigintatres cum tribus mēsibus ut pater in libto suo de temporibus capite quadragesimoseptimo &c. & subdit. Hæc uenerabilis Bedę fuit opinio quā & doctores nō nulli iuniores sunt imitati. Neminem tamen unquam inuenire potui, qui supputatione aliqua hanc opinionem quadraret: immo neque ipse Beda sibiipsi satis constare uidetur. hæc ille. Quantum uero ad diem mensis passionis Christi pertinet, idem dominus Paulus libro quinto secundæ partis dicit. Tertullianus, Ioannes Chrisostomus, Cyrillus, Augustinus, & Beda dicunt Christum passum esse octauo calendas Aprilis Beda uero circa hoc titubauit referēs ad decem calendas Aprilis. Idem ascribitur Hieronymo in martyrologio: licet incertum sit, an Hieronymo uel Hysuardo, uel ab alio scriptum sit: quādoquidem reliqua, quæ in libro impresso subnectuntur neq; à Hieronymo, neq; ab Hysuardo scripta dignoscantur: sed ab hominibus nostri temporis addita constant. Hæc ille. Nos autē dicimus absq; ulla dubitatione, φ neq; Hietonimus neque Hysuardus in martyrologio scripsit Chtistū passum octauo calēdas Aprilis: quoniā in martyrologijs antiquis & manu scriptis: nec non & in impressis Venetijs octano calendas Aprilis nulla fit mentio die passione Christi. Sed nostro tempore quidam ex Canonicis cathedralis ecclesiæ Florentinæ hoc ibidem adiecit, & plura alia, quæ non sunt in antiquis codicibus. Et hoc martyrologium cum his additionibus nos uidimus & legimus: in cuius fine ponitur nomen authoris, hæc superaddentis: & ipsum codicem impressum esse Florentię ibidem describitur. Licet autem Tertullianus, Ioannes Chrysostomus, Cyrillus, & Augustinus opinentur Christum passum esse octauo calendas Aprilis: tamen eorū opinio falsa comprobatur eo quod sit contra euāgelicā ueritatē, quæ affir-

mat Christum passum luna 15.primi mensis,feria sexta. Sed nunq̃ tempore Christi die 25.Martii fuit feria sexta & luna simul 15.Dicit enim dominus Paulus lib.8.secundæ partis Paulinæ suæ, Secundum computationem hebraicam à trigesimo anno Christi ad quadragesimum nunq̃ inuenitur luna 15.octauo calendas Aprilis feria sexta, & libro 9.secundæ partis computatis omnibus lunationibus tẽpore uitæ Christi & ulterius per plures annos aperte dicit.A primo anno natiuitatis Christi usq; ad sexagesimum annum nunq̃ accidit pascha Iudæorũ 8.calendas Aprilis die ueneris.hęc ille. Albertus tamen Magnus in expositione epistolę Dionysii Areopagitæ ad Polycarpum conatur probare Christum passũ anno uitæ suæ 34.octauo calendas Aprilis per calculum Astrologicum.Sed quoniam eius cõputatio continet intolerabiles errores contra omnes computationes Astrologicas, et contra ueritatem euangelicam,ut dominus Paulus lib.5.secundæ partis ostendit: ideo nos dicimus eũ in hac cõputatione deceptum esse mendosis tabulis:licet quidã putent ipsam expositionem epistolarum Dionysii non esse Alberti Magni,sed alterius authoris sub eius nomine.Sed siue ipse,siue alius eandem computationem fecerit:manifeste patet ipsam esse erroneam: quoniam non recte computar iuxta tabulas Astronomicas: & eo etiam anno 34. uitæ Christi die 25. Martii,nec fuit luna 15. nec feria sexta,ut iam apertissime probauimus.Lunationẽ uero paschalem anni domini 33.iuxta cyclum lunarem Hebræorum,idem dominus Paulus lib.7.secunde partis ita describit.Anno incarnationis uerbi dei 33. uertente,paschalis mẽsis oppositio:quam 15 lunam uocant iuxta medium cursum: quo Hebræi utuntur ad ciuitatem sanctam Hierusalem,fuit die 3.Aprilis,quæ fuit dies ueneris Nã anno 33. uertente cyclus lunaris quo Hebræi utuntur fuit 12. Quãobrem necesse est annum fuisse communem duodecim duntaxat lunationum:Cuius uernalis et primi mensis interlunium iuxta Astrologicam supputationem ad ciuitatẽ sanctam Hierusalẽ fuit die 19 Martii hora 2. min. 12.sec 28 Eiusq; plenilunium fuit die 2.Aprilis compurar, hoc est die tertia currente hora 20.min 34.secund.30.Et quoniam cyclus solaris fuit 14. necesse est literam dominicalẽ extitisse.D.Cum ergo in Romano calendario die 3.Aprilis annotetur litera.B.sequitur tertiam diem Aprilis fuisse diem ueneris.Quare necesse est 15. lunam fuisse 3.die Aprlis die ueneris. Idem quoq; continget, si ad uerum motum luminarium supputationem nostram redigere uelimus.Fuit hanq; uera luminarium pri

mi mensis coniunctio die 19. Martij hora 2. min 31. die Iouis: Veta quoq; oppositio die 3 Aprilis hora 6. min 8. die ueneris in occasu Solis. Hic tamen aduertendum est Rogerium Bachon: Ioãnem de Muris, & Paulum Burgẽsem opinatos fuisse tunc Christum passum esse. hæc illę. Sed idem Rogetius Bachon in re principali recte dicit: sed tñ in accessoria errauit. Sic enim dicit in epistola ad Clemẽtẽ 5. Dominus passus est anno 33. ab eius incarnatione, hoc est anno 32. iuxta ueram eius ætatem. Quo anno litera dominicalis fuit. D. et die. Aprilis fuit oppositio luminarium. Licet enim Bachon recte describat annum mensem & diem passionis Christi: tamen errauit in enumerãdis annis uitæ eius: quoniã sequitur Dionysium abbatem: qui anno. 4. Christi ponit superflue bissextum & ex consequẽti diminuit annum à uita Christi. Et ideo falso Bachõ putauit Christum tempore passionis trigesimum secũdum annum agere: cum tamen uere ageret trigesimumtertium. Ioannes de Muris fuit eiusdem opinionis cum Bachone, quia sic scripsit. Fuerũt uitæ Christi anni solares 31 & dies centum hoc. est tres menses cum decem diebus. Hic etiam licet recte describat annũ mensem & diẽ passionis Christi: in ætate tamen eius errauit, eo ꝙ fecit bissextum anno 4. Christi: quo remoto fuerũt uere anni uitæ Christi 32. menses tres & dies decem. Paulus quoq; Burgensis non conuenit prædictis de numero annorum uitæ Christi: sed eum passum eẽ describit in supplemẽto super Matthæum anno 33. uitæ suæ die 3. Aprilis, ut etiã testatur dominus Paulus lib 5. secundæ partis Paulinę suæ. Idem dominus Paulus in 4 libro secundæ partis ait. Apollinaris Laodicensis episcopus, beatus Augustinus, Victorinus Lemonicensis, Magister historiarum in Scholastica historia: Nicolaus de Lyra, & Marianus Scotus: omnes isti dixerunt dominum crucifixum fuisse anno ætatis suæ 33. currente: hoc est 32. completo cum tribus mensibus. hæc ille. De hoc anno passionis Christi dicit idem dominus Paulus libro 9 secundæ partis. Annus domini 33. currẽs pro dominica passione satis idoneus uideretur, nisi extra mẽsem Martium obseruarus fuisset. hæc ille. Sed dominus Paulus timuit ubi timendum non erat: quoniam ecclesia non affirmat Christũ passum in Mense Martio iuxta calendarium Romanum: licet hoc publica uulgi opinione feratur. Sufficit enim ut dicamus Christum passum esse in lunatione Martij: licet pars eiusdẽ lunationis fuerit in Martio & pars in Aprili: Cuius imitationem sequitur ecclesia: quæ pascha celebrat prima dominica post. 14. lunã primi mẽsis idest Mar

tij. Vnde quandoq; celebrat pascha in Martio quandoq; in Aprili & tamen illa est lunatio Martii. Christus ergo passus est iuxta computationem mensium Hebræorum & non Romanorum. Hæbræi enim ut in quarta hypothesi diximus, habent menses lunares mobiles. Christus ergo passus est die 15. primi mensis Nisam iuxta Hebræos, quando erat lunatio mensis Martii apud Romanos. Vnde euangelistæ tãquam Habræi morẽ Hebræũ sequentes describunt Christum passum esse luna 15. primi mensis hoc est die 15. mensis Nisam nihil dicentes de mense Aprilis, quia non sequebantur tũc Romanum calendarium. Sed astronomi hanc lunationem computantes reperiũt eius oppositiones hoc est lunã 15. fuisse die 3. Aprilis iuxta Romanum calendarium Ex computationibus igitur prædictis concludimus Christũ passum esse anno 33. uitæ suæ inchoato per tres menses & dies decem. Nam uixit annos 32. menses tres dies decem. Et ab incarnatione sua ad eius mortem fluxerunt anni
D pleni 33. adiunctis decem diebus. Hanc ueritatem etiam probare possumus per Olympiades & per annos ab urbe condita: Nec non & per annos Imperatorum Romanorum, qui fuerunt tẽpore Christi Passus est enim Christus anno quarto Olympiadis 202. ut Eusebius affirmat. Hic annus quartus dictæ Olympiadis erat indimidio: quoniam anni Olympiadum incipiunt ab æquinoctio autumnali, ut superius dictum est in hypothesi septima, & Christus passus est circa æquinoctium uernale: inter quæ æquinoctia est anni dimidium. Tunc fuit illa Solis miranda eclipsis, quam describunt euangelistæ factam esse per uniuersam terram. De qua, ut Eusebius dicit in libro de temporibus, Phlegõ Olympiadarum egregius supputator in 14. libro ita dicit Quarto autem anno 202. Olympiadis magna & excellẽs inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio Solis est facta. Dies hora sexta ita in tenebrosam noctem uersus, ut stellæ cælo uisæ sint. Tunc currebat annus 18. Tiberii Cæsaris, ut Eusebius & Eutropius testantur. Et quoniam anni Tiberii à morte Augusti sumuntur: qui obiit authore Suetonio die 19. mensis Augusti: ideo de illo anno 18. iam transierant septem menses & paulò plus, uidelicet quãtum est ab eo tempore ad mortem Christi Tũc etiam erat annus urbis conditæ 784. propè finem quantum scilicet est à morte Christi ad diem 20. Aprilis, quando urbs condita est. Natus est aũt Dominus anno ab urbe condita 752. ut placet Orosio: & in illo ultimo anno 752. deficiebant ferè quatuor menses scilicet quantum est à die 25. Decembris, quando natus est Dominus:

ad diem 20. Aprilis, quando incipiunt anni conditæ urbis. Tunc inceperat quartus annus 194. Olympiadis per tres menses, scilicet quantum est à die 24. Septembris: quando Olympiadum anni sumunt initium ad 25. Decembris, quãdo natus est Dominus: ut patet ex computatione conditæ urbis deducta à mense septimo anni quarti sextæ Olympiadis, quando urbs condita est, per annos 752. usq; ad Christi ortũ. Et tũc erat annus 42. imperij Augusti, ut Eusebius, Orosius, Eutropius, & Paulus diaconus affirmant sumentes annos imperii eius à primo consulatu uel à triumuiratu. Qui annus quadragesimus secũdus erat iuxta finem uidelicet propè ante calendas Ianuarii, quãdo Octauianus accepit primum consulatũ: Dicit enim Orosius libro septimo Augusti Cæsatis posteaq̃ imperaret emenso propemodum anno 42. natus est Christus. hæc ille. Itaq; prius nouem mensibus conceptus est Christus iuxta principium 42. anni Augusti. Et tunc erat tertius annus in dimidio 194. Olympiadis. Ab hoc anno tertio in dimidio existente prędictæ Olympiadis 194. quando conceptus est Christus tempore ueris usq; ad annum quartũ in medio existentem Olympiadis 202. quã do iuxta æquinoctiũ uernale mortuus est Christus: fluxeruur Olympiades 8 & unus annus, in quibus continẽtur anni trigintatres penitus completi. Et ab anno quarto Olympiadis 194. inchoato per tres menses, quando est Cristus; usq; ad quartum annum Olympiadis. 202. inchoatum per sex menses, quando mortuus est: sunt Olympiades 8. cum tribus mensibus: in quibus continentur anni trigintaduo, & menses tres. Ergo tot annos uixit in carne Dominus. Sed inquirẽdum est quare Eusebius in libro de temporibus an notat Christi natiuitatem anno tertio Olympiadis 194. Dicimus ꝙ in tabulis descriptis per lineas distinguentes annos q̃nq; nõ ponuntur præcise anni rerum gestarum correspõdentes annis Olympiadum, uel urbis conditæ: uel Imperatorum ꝓpter diuersa annoꝝ principia: quoniam Olympiades incipiunt in autumno: anni conditæ urbis in uere: anni uero Imperatorum, quando sumunt imperiũ. Ipse ergo Eusebius retulit natiuitatẽ Christi ad annum Augusti 42. Et qm̃ annum 42. qñ conceptus & natus est Christus annotauit in 3. anno prędictæ Olympiadis, in eodem etiã anno posuit Christi natiuitatem: quia in eodẽ annno ciuili Christus cõceptus, & natus est. Melius tñ annotatur Christi natiuitas anno 4. prædictæ Olympiadis: quoniam concepto eius fuit anno 3. in dimidio existente, & post nouem menses natus est anno 4 inchoato per tres menses ut pro-

ut probatum est. Consyderandum est etiam ꝙ Eusebius in libro de temporibus,ut patet in codicibus manu scriptis:nõ annotauit specialiter annos domini: sed qui librum impressioni dedit:annos domini signauit incipiens ab incarnatione:& ideo incepit per unum annum antea uidelicet anno 3. Olympiadis 194. Annus autem primus à natiuitate Christi iuxta usum ecclesiæ:annotãdus est anno quarto eiusdem Olympiadis.Insuper aduertendũ est,quod in libro Eusebii anno quarto Olympiadis 202. quando passus est dominus,annotatur annus 19. Tiberii Cæsaris: cum debuerit ibi annotari annus eius 18.quo anno ipse Eusebius in eodem libro affirmat ipsum passum.Et ideo hic error non est ascribendus Eusebio, quia sibi ipsi cõtrarius esset:sed scriptori uel impressori, qui primũ annum Tiberii annotauit statim post annos quinquagintasex imperii Augusti anno secundo Olympiadis 198.Sed quoniam Augustus imperauit annos quinquagintasex & septem menses ac dies 19.à primo cõsulatu eius.ideo annotare debuerat primum annum Tiberii anno sequenti scilicet anno tertio dictæ Olympiadis quando currebat annus domini 16. sicut recte computat beatus Antoninus. qui prima parte suę chronicæ titulo 6. c.2 1.§3. dicit. Cœpit autem imperare Tiberius anno à natiuitate domini 16.hæc ille.Inde sequitur quod anno quarto Olympiadis 202.recte annotetur annus 18.imperiTiberii. Sic ergo emendanda,& describenda est tabula Eusebii: ut patet in tabula sequenti in qua etiam describentur anni ab urbe condita.

Anni imperato.	Anni Añ Christū	Anni urbis
Olympias.	183.	
1 Iulius	47	706
2 Cæſar	46	707
3 impauit	45	708
4 an 3.m.7.	44	709
Olympias	184	
Vacat īperiū	43	710
1 Octauia-	42	711
2 nus ānos	41	712
3 56.m.7.	40	713
Olympias	185	
4	39	714
5	38	715
6	37	716
7	36	717
Olympias	186	
8	35	718
9	34	719
10	33	720
11	32	721
Olympias	187	
12	31	722
13	30	723
14	29	724
15	28	725
Olympias	188	
16	27	726
17	26	727
18	25	728
19	24	729
Olympias	189	
20	23	730
21	22	731
22	21	732
23	20	733
Olympias	190	
24	19	734

Anni imperato.	Anni añ Christū	Anni urbis
25	18	735
26	17	736
27	16	737
Olympias	191	
28	15	738
29	14	739
30	13	740
31	12	741
Olympias	192	
32	11	742
33	10	743
34	9	744
35	8	745
Olympias	193	
36	7	746
37	6	747
38	5	748
39	4	749
Olympias	194	
40	3	750
41	2	751
42	1	752
43	1 An.a na dñi	753
Olympias	195	
44	2	754
45	3	755
46	4	756
47	5	757
Olympias	196	
48	6	758
49	7	759
50	8	760
51	9.	761
Olympias	197	
52	10	762
53	11	763
54	12	764

Anni imperato.	Anni à nati.dñi	Anni urbis	Anni imperato.	Anni à nati.dñi	Anni urbis
55	13	765	8	23	775
Olympias	198		9	24	776
56	14	766	10	25	777
57	15	767	Olympias	201	
1 Tiberius	16	768	11	26	778
2	17	769	12	27	779
Olympias	199		13	28	780
3	18	770	14	29	781
4	19	771	Olympias	202	
5	20	772	15	30	782
6	21	773	16	31	783
Olympias	200		17	32	784
7	22	774	18	33	785 Passio Christi

F Ex prædictis manifestum est Christum passum esse anno. 33. vitæ suæ currente feria sexta luna. 15. primi mensis in pascha Iudæorũ. Sed nobis obiiciunt ipsi Iudæi, ꝙ Christus nõ fuerit occisus in die festo paschæ Iudæorũ, si die. 3. Aprilis feria sexta mortuus est: quoniam eo anno Iudæi celebrarũt pascha die sequẽti scilicet. 4. Aprilis die sabbati, ut probat dominus Paulus in 8. libro secundæ partis capite 4. conclusione 4. & libro 9. secundæ partis. c. 3. conclusione quarta. Nam Iudæi asserunt post secũdam templi ædificationẽ nunquã celebrasse pascha feria sexta ex traditione patrum. Et adducunt authoritatẽ Gamalielis discipuli Christi: & Pauli præceptoris: ad cuius pedes apostolus ipse se legẽ & prophetas didicisse fatetur. Qui in libro, quẽ de Solis & Lunæ motibus anniq; ratione cõscripsit, sic dicit. Statuerunt doctores & patres nostri Neomenias & festa in tempore conueniente, ne sabbati honor minuatur, aut alia pręcepta uiolentur. Statuerunt itaq; Neomeniam nunquã feria prima, feria quarta uel sexta, posse contingere. Festum expiationis nunquã feria prima, feria tertianeq; feria sexta Pascha uero nunq̃ feria secunda: feria quarta neq; feria sexta obseruari posse. hæc ille Hoc itaq; argumento procaciter Iudæi contendunt Christum saluatorem haudquaqam ab eis die ueneris in festo paschæ crucifigi potuisse Ad hoc facile respondemus per distinctionẽ ex Iudæis acceptam. Constat nãq; ex scriptis Hebræorum duplex pascha fuisse, antiquum & nouum, ut refert dominus Paulus libro tertio secundæ

partis propè liberi finem: Antiquum pascha Iudæi legitimum vocant: quia in lege a Moyse Exodi. 12. Leuit. 23. & Numeri 9. mandatum legitur: vbi præcipitur pascha inchoari debere die. 14. primi mensis ad vesperam: sic q̄ annus & mensis quilibet, ipso nouilunii die exordium sumat Sed nouum pascha iudiciale uocant: quia à iudicibus & doctoribus per epicheiam quandam & legis moderatione in secunda templi instauratione institutum fuit: quia licuit ob certas causas Neomeniam anni & mensium obseruari non sem per ipso die nouilunii, sed aliquando ad diem sequentem: nōnunq̄ ad duos dies transferri: ne expiationis festum sabbato continuaretur: aut festum palmarum & densarum frondium in sabbato accideret: & per hoc sabbati honor minueretur: aut festa uiolarentur. Christus ergo prænoscens se moriturum eo die, quo multitudo filiorum Israel agnum paschalem iuxta Iudicum normam immolaret: pridie antequam moreretur cum discipulis discubuit: & uetus ac legitimum & uerum pascha obseruauit: & agnum paschalem cum azimis comedit, die & luna 14. primi mēsis, que fuit feria quinta quādo ꝑm legem Moysi pascha fieri debuit. Sed Iudæi iuxta indicū normam in secunda templi instauratione editam, pascha sequenti die fecerunt habentes respectum ad festa sequentia, ut dictum est. Christus ergo sciens hæc Iudæorum festa per suam passionem delenda esse: non curauit propter obseruationem ipsorum Neomeniam mēsis Nisan: & pascha transferre ad diem sequentem: sed uerū & legitimum pascha celebrauit: ut & ipse legem seruaret. & sequenti die immolatio eius in cruce, responderet immolationi agni à multitudine immolati. Non ergo Christus anticipauit comedere agnum paschalem luna 13. ut Græci dicunt: sed illum comedit luna 14. feria 5. ad uesperam: & Iudæi trāstulerunt esum agni ad lunam 15. feria 6. ad uesperam: & celebrarunt pascha luna 16 in sabbato, ut dictum est. Quod ergo doctores catholici dicunt dñm crucifixum fuisse die ueneris in festo paschæ Iudæorū: intelligi debet de festo paschæ legitimo iuxta legis edictum: à Christo & discipulis legitime obseruato. Quod autem Iudæi autumant festum paschæ ipsorū nunq̄ die ueneris posse accidere: intelligi debet de festo paschæ obseruato per normam uel regulam à iudicibus ipsorum traditam in secunda templi instauratione editam: quemadmodum uulgus & populi multitudo & pharisæi tunc obseruabant. Vnde Iudæi ut dicitur Io. 18 non introierunt prætorium Pilati ne contaminarentur: sed manducarent pascha, hoc est agnum paschalem; quem scili

cet comederunt iuxta traditiones seniorū feria sexta ad uesperā: & die sequēti celebrarunt pascha & sabbatum simul. Vnde Ioānis 19. dicitur. Erat enim magnus dies ille sabbati, quia in eo concurrebant duo festa scilicet pascha & sabbatum. Sed quoties euangelistę mentionem faciunt de pascha à Christo & discipulis eius obseruato: manifeste significant Christū pridie quàm pateretur agnum paschalem cum discipulis iuxta legis mādatum prima die azimorū comedisse: & sequenti die crucifixū esse in ipso festo paschæ iuxta legis mandatum: & tunc erat uigilia paschæ iuxta Iudæorum obseruationem Hæc plene describit & luculenter exponit Paulus episcopus Burgensis ex Iudaismo ad Christi fidem conuersus in additionibus ad postillam Nicolai de Lyra Matthe. 26. cap. Passus est ergo Dominus feria sexta & resurrexit inde tertia die, uidelicet feria

G prima, quæ nunc dicitur dies dominica. Et licet non fuerint tres dies integri mortis Christi: sufficit tamen ut per sinecdochen intelligantur, ut exponit Augustinus: Hieronymus: & Beda Si enim integri ponantur tres dies, Christus non surrexisset tertia die, sed quarta Nos autem in symbolo confitemur, ꝙ Christus tertia die resurrexit à mortuis. Et ideo dominus Paulus in primo libro secundæ partis Paulinæ frustra nititur probare Christum mortuum fuisse triduo integro: nisi forte ut satisfaciat ut cūq; Iudęis calumniantibus & dicentibus ꝙ non est cōprobata ueritas mortis Christi iuxta regulas medicorum: qui dicunt infirmum defunctum non minus septuaginta duabus horis hoc est tribus integris diebus cōprobari posse uere mortuū esse. Sed ipsis Iudæis responderi potest aliter iuxta rei ueritatem ꝙ sufficientissime probata est mors Christi in horis trigintasex: quoniam ipse Christus mortuus est non ex infirmitate quæ extasim faciat: sed morte uiolenter illata Nam tot & tantis flagellis & plagis percussum & uulneratū est corpus eius: ꝙ etiā ipso eodem die, quo passus est, omnibus manifestum fuit ipsum uere mortuum esse, propter quod milites non fregerunt ei crura, quia uiderunt & cognouerunt eum iam obiisse: nec de hoc ullus dubitabat. Impossibile est enim naturaliter corpus humanum ita flagellatum & uulneratum sicut fuit corpus Christi perdurare posse in uita per trigintasex horas. Christus autē expirauit hora nona: & tribus horis feriæ sextæ in morte fuit: deinde 24. sabbati: & nouem feriæ primæ, quia credimus Christum surrexisse hora noctis primę feriæ nona propè diluculum iuxta illud p̄s 56 Exurge psalteriū & cithara: exurgam diluculo. Cōcludamus ergo & dicamus Christum pass-

ſum eſſe anno 33. uitæ ſuæ die 3. Aprilis: & die 5. eiuſdem menſis à mortuis reſurrexit.

Noua opinio erronea. *Cap.* 10.

Sed nouam opinionē de die paſſionis Chriſti nup adinuenit dominus Paulus eps Foroſempronieñs: qui licet in ſua Paulina plurima recte computanerit tanq̃ periſſimus aſtrologus: in hac tm̃ ipſum erraſſe probare poſſumus ſaluo ſemper eius honore: ac ſeruata erga eū amicitia & charitate, qua ſemper eum dileximus tanq̃ uirum doctum & prælatū optimū. Nec ipſum nobis propter hoc ſuccẽſeri arbitramur, ſi eius errorem emendamus: quoniam ipſe humiliter ſe aliorum correctioni ſubiecit, dum in ſecunda parte ſuæ Paulinæ in eius exordio hæc uerba ſcripſit. Si aliquid fortaſſe minus probatum aut piarum autium offenſium dixero id nunc reſignando obeliſco deleri, & pro nō dicto haberi cupio: ſingula mea ſcripta & dicta doctorum uirorum iudicio examinanda corrigendaq; ſummittẽs: id ſolū ratus habiturus quod ipſorum iudicio approbatū fuerit. hæc ille. Ipſe ergo opinatus eſt Chriſtū paſſum eſſe anno biſſextili literis dominicalibus currẽtibus. A. G quo anno ab omnibus ponit annus Domini 36. non q̃ ipſe dixerit ipſum uixiſſe uſq; ad annū 36 Sed q̃ annus, qui cōmuniter ponitur 36 fuerit annus Chriſti 34. & ſic eius mortem & annos uitæ ipſius præcedentes annotat poſterius per duos ānos iuxta ſuam opinionem: ſed iuxta ueram computationem eccleſiæ quam ſuperius declarauimus: annotat eos poſterius per tres annos Nam ab anno 33. quando Chriſtum paſſum eſſe oſtendimus, uſq; ad annum 36. quo ipſe dicit Chriſtū paſſum tres anni uere numerantur. ad hanc autem ſuam nouam opinionem probādam ex duobus mouetur, ſcilicet ex lunatione primi mẽſis prædicti anni 36. & ex annis domini, quos putat à chronographis non recte deſcriptos per aliam lunationem & eclipſim à ſe cōputatam. Dicit enim quo ad lunationem paſchalem primi menſis anni prædicti in libro 7. ſecundæ partis. Anno incarnationis Domini 36. currente paſchalis menſis oppoſitio: quam 15. lunā uocant ſm medium curſum, quo Hebræi utuntur ad ciuitatē ſanctam Hieruſalem fuit in nocte ſequẽte trigeſimam diem Martii, quæ fuit dies ueneris. Nam anno 36. currente fuit nonilunium quintadecima die Martii hora 17. min. 22. ſecūd. 21. & eius plenilunium fuit die 30. Martii hora 11 min. 44. ſecund. 23 Et quia cyclus ſolaris fuit 17. neceſſe eſt annum fuiſ

ſe biſſextilem in literis, A G. Cũ ergo in Romano calendario, è di recto diei 30. Martii ſignetur litera. E. ideo tunc fuit feria ſexta &c. Idem quoq; continget, ſi ueros luminarium motus animaduertere uelimus. Fuit nanq; uera coniunctio die 16. Martii hora 7 min. 9. in nocte ſequente diem ueneris. Vera quoq; oppoſitio fuit die. 30. Martii hora 5. min 51. die ueneris in occaſu Solis. hæc ille. Ex annis quoq; Domini, quos putat à Chronographis non recte deſcriptos, per aliam lunationem & eclipſim à ſe computatam ſuam opinionem roborare nititur. Dicit enim Euſebium & omnes Chronographos in computandis annis Domini erraſſe: & tamen ipſe iacit fundamentum ſuę opinionis ſuper quodam dicto Euſebii Chronographi. Id autem dictum Euſebii tale eſt, cum deſcribit mortem Augusti. Defectio Solis facta é: & Auguſtus 76 ætatis ſuæ anno Athellæ in Cãpania moritur. Inquiſiuit autem dominus Paulus quo anno Domini prædicta eclipſis fuerit: & inuenit eã anno Domini 17. in quo annotatur ſecundus annus Tiberii Cæſaris: & cum crederet eam factã eſſe ſex menſibus ante mortem Auguſti: ideo dicit Chronographos in duobus annis erraſſe. De prædicta autem eclipſi ſic ſcribit in ſua Paulina libro 13. ſecundę partis Anno Domini Saluatoris iuxta cõſuetam ſupputationem decimoſeptimo: maximã Solis eclipſim factam inueni mus, inqua totus Sol Romæ & in pluribus Italiæ regionibus uiſus fuit obſcu rari die Februarii decima quinta hora ferè meridiana in 26. gradu Aquarii Sole domum regiam poſſidente. Cumq; Sol ad oppoſitum loci eclipſati perueniſſet, uidelicet ad 26. gradum Leonis eodẽ die expirauit Auguſtus Sueton in Tranquillo authore 14. calend as Septembris, qui eſt dies 19. menſis ſextilis: qui nunc Auguſtus nuncupatur. hæc ille. Et ut opinionem ſuam magis roboraret in libro decimo ſecundæ partis dicit ſibi fuiſſe oraculo deſuper oſtenſum Chronographos in computandis annis Domini erraſſe in duobus annis. Hæ ſunt rationes quibus opinionem ſuam defendere conatur. Quæ quidem rationes facillime ſoluuntur & improbantur, ſi diligenter inſpiciãtur & examinentur.

Solutio rationum deficientium. Cap. 11.

A PRimo ergo quantum ad lunationem primi mẽſis in anno Domini 36 dicimus dominum Paulum in ipſius cõputatione defeciſſe, eo ꝙ diſcordet à cõputatione cycli lunaris Iulii Cæſaris: cuius cyclo probaẽ eo anno lunã

15 primi mẽsis fuisse 31 Martii die in sabbato. Nam si annis Domini 36.addas annos 45.qui sunt anni inter correctionem calendarii & natiuitatem Christi: consurgent anni 81. Quos si partiaris in 19.reperies numerum decẽnouennale Iulii quater uicibus reuolutum.& remanebũt tibi 5.pro aureo numero anni Domini 36. Inquire calendarium Iulii Cæsaris superius descriptum in hypothesi quinta.Et reperies aureum numerum 5 signatũ è directo diei 17. Martii Sed quoniã ille annus fuit bissextilis: & Februario additus est unus dies:ideo præcedẽti scilicet 16.die Martii fuit luna prima Ergo per regulam datam superius de inuentione lunæ 15. ab ipsa coniunctione in hypothesi quinta eodem mense luna 15.fuit die 31 Martii die sabbati. Idem reperies,si computaueris eandẽ lunationem per cyclum lunarem Hebræorum. Vnde satis miramur ꝗ cum dñs Paulus cæteras lunationes maxima cum diligẽtia computauerit: in ista tamen ex nõ recta consyderatione defecerit. Et qui dẽ ex eius uerbis potest cognosci defectus illius.Nam dicit expresse ipsam lunam 15.fuisse nocte sequente trigesimam diem Martii. Ergo fuit die 31.eiusdem mensis ſm Hebræos:qui computãt dies ab occasu Solis. Vnde coniunctio eiusdem lunationis fuit die 16. Martii non solum iuxta cyclum Iulii, sed etiam Hebræorum: non die 15 ut ponit dominus Paulus. Qui anticipauit per unum diem in hac lunatione,ut suam opinionem tueretur. Veruntamen coniunctionẽ recte posuit die 16.Martii.Et licet sic errauerit in septimo libro secundæ partis:tamen in octauo libro secundæ partis ca. 4.ipse probat,iuxta doctrinam Gamaglielis Hebræi,Iudęorum pascha tunc celebratum fuisse die 31 Martii. Vbi adiungit & dicit. Et quoniam oppositio luminarium mẽsis Nisam ad Romanum calendarium reducta facta fuit in nocte sequẽte trigesimam diẽ Martii,quæ fuit dies: ueneris sequitur de necessitate, phase Iudæorum trigesimaprima Martii die sabbati celebratũ fuisse hæc ille. Ex quibus uerbis ipse detegit suum errorem in libro septimo descriptũ. Adhuc etiam dicimus ꝗ si luna 15.fuisset die 30. Martii post decimam octauam horam Hebræorum more ut dicit Paulus Borgensis,& cõfirmat dominus Paulus Forosempronĩ pertinuisset ad diem sequentem.s.31.multo magis ex quo luna 15. prædicta facta est in nocte sequente trigesimã diem Martii.Cum ergo illo anno luna 15.primi mensis fuerit uere & secũdũ usum Hebraicũ die 31 Martii die sabbati,patet ꝗ illa oppositio luminariũ non est conueniens passioni Christi,qui passus est feria sexta non sabbato. Quantum

uero ad eclipsim anni Domini 17.In mēse Februario:dicimus eum recte ipsam computasse:quia uere fuit anno Christi 17. & tunc currebat annus 4.propè medium Olympiadis 198. & ab urbe condita erat annus 768.propè finem:sed ipsum errasse dicimus quātum ad hoc,q̄ hanc eclipsim ipse dicit esse factam anno ultimo Cæsaris Augusti,cum fuerit anno secundo Tiberii Cæsaris, uidelicet secundo anno post Augusti mortem. Quod ex eius uerbis recta ratione prolatis probare possumus: & per computationem Astronomicā: & per annos Imperatorum:& per annos Olympiadum, & urbis cōditæ.ipse enim dominus Paulus ex Astronomica supputatiōe: & similiter Ioannes Stofflerinus probauerunt Iuliū Cæsarem emēdasse calendarium anno 45 ante Christi natiuitatem iuxta descriptionem Chronographorum usu habitam.Probauit etiam idem dominus Paulus prædictā eclipsim fuisse anno Christi 17. secūdū eandē computationem.Si autem annis 45. ante Christi natiuitatem addas annos 17 post eius ortum: consurget numerus annorum 62. Ergo à correctione calendarii ad prædictum annum Domini, quo ipsa eclipsis accidit.enumerātur anni 62. Videamus modo annos uitæ Augusti.Ipse enim Augustus authore Suetonio:quē dominus Paulus sequitur obiit anno 76.ætatis suæ. Et in morte Iulii Cæsaris Octauianus agebat annum 18. Occisus est autem Cæsar anno secundo à correctione calendarii. Ergo anno correctionis eiusdē Octauianus agebat annum 17.& iam de ipso anno trāsegerat tres menses scilicet quantum est à die 23.Septembris, quādo natus est ad calendas Ianuarii,quādo correctio calendarii cœpta est:& ante correctionem calendarii trāsierant 16.anni uitæ Octauiani. Addamus ergo 16.annos uitæ Octauiani ante correctionem calendarii annis 62.qui fuerunt ab ipsa correctione ad prædictam eclipsim factam anno Domini 17.& cōsurget numerus annorum 78. Ergo sequeret,q̄ si Augustus obiisset post ipsam eclipsim,uixisset,annos 78.quod est falsum.quia ipse uixit annos tāntummodo 76. ut Suetonius,Eusebius & ipse dominus Paulus affirmant. Ergo Augustus obiit biennio ante ipsam eclipsim:& tunc erat annus 2. Tiberii, ut recte supputant Chronographi.Non ergo ipsi Chronographi anticipauerunt annos Domini per duos annos:sed ipse dominus Paulus duobus annis postergauit eos contra ea,quæ ipse prius recte dixerat. Cū ergo ipsa eclipsis fuerit per duos annos post Augusti obitum:non poterat eius mortem designare,ut falso cōputat dominus Paulus,qui dicit ante ipsius mortem eā accidisse.Et sic ut defendat

& saluet unum dictum parui momenti Eusebii ante mortem Augu sti describentis ipsam eclipsim: destruit omnem cōputationem an norum Domini magni ponderis: nō solum ipsius Eusebii: sed etiā omnium aliorū Chronographorū cōtra rectam rōnem. Inordinate enim ageret si quis ut saluaret in horto arborem sterilem: incide ret omnes alias fructiferas. Secundum aūt rectā rationem dicendū est in hoc minimo Eusebiū errasse: & in cæteris maximis recte scripsisse. & nullum inde sequitur inconueniēs. Is autem error Eusebii ex eo processisse uidetur: quoniam eclipsim prodigiosam quam de buerat annotare post mortem Iulii Cęsaris: descripsit iuxta obitū Augusti, qui ei successit ob temporis uicinitatē Nam de eclipsi Cæsaris nihil post eius obitū annotauit De qua tamen loquitur Virgilius primo Georgicorum iuxta finem dicens.

Sol tibi signa dabit & c. & subdit.

Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam:
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit:
Impiaq; ęternam timuerunt secula noctem.

Et Plutarchus ubi de prodigiis post extinctum Cæsarē meminit, in quit. Solis ꝑterea lumē caligine obsessū: totoq; nāq; illius anni spa tio pallens globus & sine splēdore oriens, imbecillē ac tenuē ex se calorem emittebat & c. Plinius itē lib. 2. c. 3. ait. Fiunt prodigiosi & longiores Solis, defectus qualis occiso dictatore Cæsare, & Antoniano bello totius penè anni pallore continuo. Appianus quoq; li bro quarto scribit multa prodigia signaq; perhorrenda Romæ uisa esse post Cæsaris cædem. Ex quibus uerbis patet illā Solis immutationē fuisse prodigiosā. Suetonius autē nihil scribit de eclipsi post cædem Cæsaris: sed nec etiam describit defectum Solis fuisse ante obitum Augusti. In uita etiam Tiberii de nulla eclipsi meminit: sed hoc tantum insinuat dicens. Expulit Mathematicos Tiberius: sed deprecantibus ac se artem desituros promittentibus ueniam dedit hæc ille. Hoc autem fecisse cōstat, quoniam infortunia, quæ ex eclipsi uel motu cœlestium prædicebant, quandoq; non eueniebant: & propterea eos tanq̄ superstitiosos expellere uoluit. Iulius Firmicus Astrologiæ gnaros appellat Mathematicos. Sicut ergo eclipsis post Cæsaris cædem, non protendebat eius mortem. sic etiam eclipsis, quæ fuit post obitum Augusti per duos annos, nō fuit signum obitus eius nec etiam designauit mortem Tiberii, quāmuis acciderit Sole domum regiam possidente: iuxta sententiam domini Pauli: quoniam ipse Tiberius non modo sex menses post ipsam eclipsim

uixit:sed annos plusq̃ uiginti.Insuper probare possumus Chronographos non errasse:ex annis Olympiadum & urbis conditæ: quoniam dominus Paulus nō negat annos Olympiadum & urbis conditæ à Chronographis fuisse recte descriptos:sed annos Domini & Imperatorum affirmat male annotatos ab eis biennii anticipatione.Nam utitur pręcipue testimonio Censorini: qui computat annos Imperatorum Romanorum per annos Olympiadum & urbis conditæ.Dicit enim ipse dominus Paulus in 13.libro secundę partis capite 5.Censorinus tanquam controuersiarum conciliator,& errorum censor,uarias ac diuersas annorum & temporum supputationes exponit Hoc authore Censorino,quem ipse pro se citat,ostẽdemus ex annis Olympiadum & urbis conditę per eum descriptis Chronographos non errasse in annis duobus: sed recte annos descripsisse.Dicit enim idem Censorinus in libro de die natali, capite de annis Romanis, ut supra enm citauimus in hypothesi octaua Hic annus cuius uelut index & titulus quidam est Vlpii & Pontiani consulatus ab Olympiade prima millesimus est & quartus decimus ex diebus duntaxt æstiuis , quibus agon Olympiacus celebratur. A Roma autem condita nongentesimus nonagesimus primus:& quidem ex Palilibus, unde urbis anni numerantur. hæc ille.Sumit ergo Censorinus pro titulo & indice annum consulatus Vlpii & Pontiani,qui est ab Olympiade prima millesimus & quartus decimus : qui est secundus annus Olympiadis 254 Nam anni mille quatordecim continentur in Olympiadidibus 253.& dimidia Olympiade, quæ est ducentesimaquinquagesimaquarta anno eiusdem secundo.Hic est annus secundum Eusebium & alios Chronographos ab incarnatione Christi ducentesimus quadragesimus à natiuitate uero eius iuxta usum ecclesiæ ducentesimus trigesimus nonus.Tunc currebat annus 991.ab urbe condita, ut hic dicit Censorinus , hoc est ab anno quarto sextæ Olympiadis ex Palilibus id est ex die 20.Aprilis, quando Roma cœpit ædificari.Si ergo retrocedamus ab hoc anno ad cædem Cæsaris, reperimus eam factam esse anno 44. ante Christi natiuitatem:qui erat quartus annus Olympiadis 183.& annus ab urbe condita 709.ut supra patet in tabula remporum: Et reperiemus Christum natum anno quarto Olympiadis 194.qui erat annus conditæ urbis 752.& annus 42.ferè completus Augusti,à primo eius consulatu uel triumuiratu. Inueniemus etiam eclipsim illam, de qua diximus,fuisse anno Domini 17.& anno secundo Tiberii:qui erat annus 4. Olympiadis 198

& annus ab urbe condita 768. Cognoſcemus & Chriſtum paſſum eſſe anno quarto Olympiadis 202. qui erat annus urbis conditæ 784 propè finem:& annus 18. Tiberii Cæſaris, ut prędicta tabula continetur. Non eſt mirum ſi dominus Paulus in hac computatione defecerit: quoniam uſus eſt libro Cenſorini impreſſo mendoſo in quibuſdam numeris in eo quod ſequitur in uerbis eius. Nam cum computaſſet annos à prima Olympiade & ab urbe condita ſumens pro titulo & indice annum conſolatus Vlpii & Ponriani: eoſdem computat per annos Iulianos & Auguſtios dicens, ut habetur in textu impreſſo, quem adducit dominus Paulus. Eorum uero annorum, quibus Iulianis nomen eſt, ducenteſimus octuageſi musteriius: ſed ex die calendarium Ianuarii: unde Iulius Cæſar an ni à ſe conſtituti fecit principium. Ad eorum qui uocantur anni Auguſtorũ ducenteſimus ſexageſimusquintus: perinde à calendis Ianuariis: quamuis & ante diem ſextum decimum calendas Februa rii Imperator Cæſar ſententia Munacii L. Planci à ſenatu cęteriſq; ciuibus Auguſtus eſt appellatus. Sed Aegyptii quòd biennio ante in poreſtatem ditionemq; populi Romani uenerint, hunc Auguſto rum annum uocant ducenteſimum ſexageſimumſeptimum. hæc ibidem. In textu uero manu ſcripto & emendato, ubi textus impreſ ſus habet annum Auguſtanum ducenteſimum ſexageſimumquintum, ſcriptum reperiemus annum ducẽteſimum ſexageſimumſepti mum, & ubi in textu impreſſo habetur annus ducenteſimus ſexageſi mus ſeprimus ſecundũ Aegyptios: in textu manu ſcripto emẽdato ſcriptũ eſt annus 269. Mendoſitatẽ textus impreſſi, quẽ ſecutus eſt dominus Paulus, hac ratione per ueram computationem ſic oſtẽdi mus. Manifeſtum eſt ex probarione dñi Pauli epi & Ioannis Stoffle rini Iulium emendaſſe calẽdarium anno 45. ante Chriſti natiuitatem iuxta conſueram annorũ Domini cõputationem p Chronographos deſcriptam. Si ergo addas p̃dictos annos 45. annis dñi 239. qno anno Cenſorinus ſumit ritulum & indicem ſuæ cõputationis: cõſurget numerus annorũ 284. Ergo ab anno correctionis calendarii uſq; ad p̃dictũ annũ Dñi 239. fuerunt anni 284. Cenſorinus uero dicit eum annũ eſſe. 283. Ideo ipſe Cẽſorinus nõ incipit annos Iulianos ab anno correctionis calendarii: q fuit 45. annus añ Chriſti natiuitatem: ſed ab anno ſequenti. ſ. pmulgationis calẽdarii: qui fuit annus 44. anteq̃ Chriſtus naſceretur. Idem annus promulgationis fuit annus necis Cæſaris: qui fuit interfectus anno ſecundo à correctione calendarii inchoato per duos menſes & dimidium:

quia fuit occisus die 15. Martii. Ergo Censorinus accepit annos Iulianos à præcedentibus calendis Ianuarii necis ipsius, qui fuit annus publicationis & promulgationis calendarii, ut dictũ est. A nece autẽ Cæsaris incipiendo à præcedentibus calendis Ianuarii usq; ad monarchiam Octauiani fuerunt anni 16 uidelicet duo anni interregni: duodecim anni triumuiratus usq; ad subiugatã Aegyptum: & duo anni usque ad eius monarchiam: qui simul fiunt anni 16. Si autem ab annis Iulianis 283. subtrahas annos 16. erit annus prædictus Augustanus 267. ut scribitur in libris emendatis manu scriptis. Si uero subtrahas ab eis annos 14. quia biennio antea fuit subiugata Aegyptus: erit annus iuxta Aegyptios 269. ut scriptum est in emendato codice. Cum ergo dominus Paulus deceptus esset mendoso codice impresso, & non consyderasset ueram computationem a se factam iuxta consuetam annorum Domini supputationem de emendatione calendarii per Iulium Cæsarem anno 45. ante Christi ortum: non est mirum ipsum in hoc errasse. Dicimus ergo ꝙ licet Eusebius in aliquo defecerit: non tamen per eũ facta est deordinatio in annis Domini: nec anticipauit eos per bienniũ, ut affirmat dominus Paulus: quoniam non accepit annos imperij Augusti a cęde Cæsaris, sed posterius per duos annos. Nam ut con cludit dominus Paulus libro 13. secundæ partis: oraculo 13. Eusebius incepit primum annum imperii Augusti à primo eius consulatu, uel ab initio triumuiratus. Et ideo duos annos præcedentes in terregni, quos annumerat Iulio: nõ adiecit Augusto, ut alibi falso putauit dominus Paulus sibiipsi cõtraria scribens. Itaq; ab inchoato anno imperii Octauiani à primo eius consulatu cõuenienti supputatione Christus natus est anno Cæsaris Augusti 42. qui tamen erat 44 a nece Cæsaris ꝑm cõputationem Cornelii Taciti. Et mortuus est anno imperii Tiberii 18. anno quarto Olympiadis 202. Non ergo Eusebius cum aliis Chronographis errauit in annis Domini, nec biennio anticipauit eos. Sed ipse dominus Paulus plurimum errauit in postergatione annorum Domini: quoniam deordinat & confundit annos Christi extrahens ipsos ab annis cõuenientibus Olympiadum & urbis conditæ recte computatis. Nam ex eo ꝙ dicit passionem Domini fuisse eo anno, quo nos ponimus annũ Christi 36. sequitur quod tunc fuerit annus 3. Olympiadis 203. & tunc non fuisset illa mirabilis & supernaturalis eclipsis passionis Christi: quam etiam ethnici narrant fuisse anno quarto Olympiadis 202. Ex eius etiam opinione sequitur deordinatio annorum

hebdomadum Danielis: de quibus nō est modo dicēdum, quoniã de ipsis alibi scripsimus Sequeretur etiam deordinatio in enumeratione, annorum Domini iuxta usum ecclesię: & quod plus est, sequeret Christum passum esse in sabbato contra doctrinam euangelicã ut probatum est. Plura etiam alia incouenientia ex sua positione sequerentur, quæ breuitatis causa præterimus. Dum ergo ipse putauit per suam nouam adinuentionem enodasse difficultatem de die passionis Domini: magis ac magis eã nodis fortioribus inuoluit.

D Cum autem cognosceret dominus Paulus suas rationes & cõputationes non esse sufficientes ad probandum suam opinionem: conuertit se ad somnium uel imaginatiam uisionem, dum affirmat sibi desuper oraculo demonstratũ omnes Chronographos in annis Domini in duobus annis errasse Si hoc fuisset diuinum oraculum & reuelatio prophetica: utiq; adhibēda ei esset fides. Sed authore Paulo apostolo non omni spiritui credēdum est, sed probãdi sunt ipsi spiritus utrum ex Deo sint. Quòd autem eius oraculum non fuerit diuina reuelatione factum: sed potius humana adinuētione confictũ ultra id quod continet intolerabilem errorem contra euangelicã ueritatem, etiam hac ratione probari potest: quoniam reuelatio diuina menti prophetæ ueritatem certam, non dubiam opinionẽ insinuat Hoc autem eius oraculum non fecit eum certũ, sed sub dubietate & opinione reliquit; cum opinio nō habeat certitudinem: sed adhereat uni parti oppositorum cum formidine alterius. ut ex eius uerbis post libri sui finem in totius operis per orationẽ suã manifeste probari potest. Dicit enim ibidem. Hortor etiam lectorẽ: quinimmo rogatum eum uelim: ut hæc scripta mea solita protestatione accipiat, nō tãquã ꝓpositiones aut cõclusiones, quia nihil asserere ut affirmare intendo, sed tãquã quæstiones, & problemata, & quasi libamenta quædam, quibus ingenui animi ad inuētionem diei passionis Christi, stimulo ueritatis indagandæ, incitari, prouocari, & instigari possint. Vt enim diuus inquit Hieronymus, non è diffinito asserimus quęcũq; scribimus: sed ea lectoris arbitrio derelinquimus: Sic & nos hæc scripsimus, ut præstemus diligentiam perquirendi potius q̃ affirmãdi temeritatẽ. hæc ille. Ex quibus uerbis patet, ꝙ non ex reuelatione diuina: sed ex humana adinuētione locutus est, quẽadmodum loquuntur oratores & poetæ: qui uarias adinuentiones & similitudines cõfingunt ut facilius persuadeãt quod uerũ putant humana æstimatione. Vnde & iudicio sapientum ipse: dñs Paulus in hoc imitatus est Ciceronẽ: qui in libro de Rep. apte cõ

fingit somnium Scipionis,ut suis dictis tanq̃ diuino spiritu ꝓlatis maior fides adhibeatur. Quod quidem somnium eleganter Macrobius exponit referens illud potius ad ingeniũ Tullii aptissime con fingentis:q̃ ad somnii ueritatem. Quis non uideat quanto ingenio dominus Paulus libro 10. secũdæ partis adaptauerit sibi uisionem illam amplã:quam confirmare nititur uno & quinquaginta oraculis humanis, etiam ex libris Gentilium à libro 10, secundæ partis usq; in finẽ totius operis? In quibus oraculis plura sunt quæ facile improbari possunt:qm̃ in eis aliqua sunt sibi inuicẽ aduersantia & cõtraria:alia quæ non plene concludunt rei ꝓpositum:alia quæ falsum cõtinẽt:uel errore authorum uel etiam uitio scriptorũ:alia quę potius fundãtur in adaptatione humana q̃ in rei ueritate. Quæ omnia emẽdatione indigerẽt:sed nos breuitati studẽtes nunc ea omittimus. Quilibet autem lector ex eis,quæ superius probauimus, poterit in eis cognoscere quę sint emẽdatione digna. Gratias tñ agimus domino Paulo,qui suo laborioso opere cui diu insudauit dedit: nobis occasionem indagandi & reperiendi ueritatem,non uirtute nostri ingenii,sed speciali auxilio Dei: à quo bona cuncta procedunt. Probationes autem nostras in scriptis redegimus non in sigillationem tanti pręsulis:sed amore ueritatis,quam summe diligimus,in totius ecclesiæ Christi ædificationem. Et quoniam ipse præsul dominus Paulus amator est ueritatis,ut nobis certissimum est;inspecta ueritate assensum ꝑbebit rationibus ipsam ueritatem cõprobantibus:quoniam ipse in totius operis sui peroratione dicit. Si censores mei aliam uiã indagandi diem passionis Domini magis idoneam docuerint:nullum mihi cum Chronographis certamen restabit hæc ille. Cum igitur aliam uiam magis probabilem iam ostenderimus:utiq; cessare debet eius certamẽ contra Chronographos. Siquis autem melius inuenerit, proferat in lucem: & nos ueritati probabiliori cedemus. Ad rem nostram reuertentes concludamus propositum. Cum ergo luna 15. primi mensis anni Domini 36. quę fuit in sabbato non conueniat passioni Christi, quia mortuus est non sabbato,sed feria sexta,& ex tali opinione tot & tanta absurda contra ueritatem sequantur:censemus reprobandam esse talem assertionem. Peius errauit Marianus Scotus, qui reduxit passionem Christi ad annum Domini 12. ponens eius natiuitatem antea: ex qua positione multo plura inconuenientia sequuntur. Quare concludimus Christum uere passum anno uitæ suæ 33. ut iam ad plenum Deo inspirante probauimus.

Totius uitæ Christi uerum tempus. Cap. 12.

De die mortis Christi iam uberrime diximus. Nũc restat ut breuiter dicamus aliqua de totius uitę illius tẽpore.
A Et quoniã satis diximus de ipsius cõceptione & natiuitate quo ad tempus Cæsaris Augusti:ideo aliquid dicendum est,quo ad tẽpus Herodis regis:cuius diebus natus est Dominus.Philo hebræus in Breuiario temporũ Herodis tempora nobis insinuat.Nã ibidem describit oẽs reges & Duces ac Pontifices Hebręorũ.& quot annos præfuerint in regimine. Vltimũ.n.dicit præfuisse Hyrcanum annis 34.Quo capto à Parthis,ut ibi scribit̃ relicta uxore ac filia & eius fratre Aristobolo:mox Herodes iubẽte senatu Romano inuitis Hebræis regnũ tyrannicum iniit sumpta sibi uxore filiaHyrcani capti à Parthis:Et declarato filio eiusdẽ Hyrcani Aristobolo Põtifice,ut Iudæorũ animos ad se inclinaret.Sustulit autẽ ex filia Hyrcani sibi uxore filios duos. Sed cũ anno 26.tyrannici regni sui, Herodes reuersũ socerũ Hyrcanũ aduerteret more prisco regis salutari ad Hebræis:illũ sibi socerum, socrũq; atq; filiam sibi uxorem:& duos ex ea susceptos libros & Aristobolũ interemit: bienniõq; post Hebręos multis calamitatibus afflixit.Anno uero 30.principatus sui tyrannici,Zanedrim ex domo Dauid deleuit:& Annaleum quẽdam atq; Zanedrim ex Proselitis suffecit: qui nimium in lege uidebãtur eruditi. Tum & Salomen sororem suam &uirum eius de tribu Iuda itemq; proprium filium,quem ex uxore eiusdẽ tribus susceperat,interfecit.ꝙ diceretur iam in lege promissus Christus natus.Fessi tandem Hebræi:ultro ipsi ac eius posteris regnum obtulerunt iurantes in fide ipsius ac posterorũ sese permãsuros. Regnauit hic primus Herodes Ascalonita tyrannico principatu annis trigintauno:& legitimo sex.Hæc Philo Hebræus ad uerbum.Hic igitur primus Herodes alienigena tyrannico simul &legitimo principatu regnauit annos 37. ut etiam Eusebius & cæteri omnes communirer attestantur.Primus autem annus regni sui tyrannici ab Eusebio annotatur simul cum anno 11 Octauiani Augusti : & annus 32.qui fuit primus ãnus eius legitimi principatus, ab eodem annotatur cum anno quadragesimosecũdo Cęsaris Augusti,quando conceptus & natus est Christus. Dum autẽ regnaret tyrannico regno:nondum ablatum erat regnum à Iudæis: sed statim eo tempore quo ipsi Hebræi fessi ultro ipsi ac eius posteris regnum obtulerunt, iurantes in fide ipsius ac posterorum se se permansuros.Et tunc ablato regno a Iudæis adimpleta est prophetia.

Iacob dicẽtis Gen̄ 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec ueniat qui mittẽdus eſt. Nā ſtatim ablato Hebræorum regno, conceptus & natus eſt Chriſtus in diebus Hero dis Regis anno ſcilicet primo ſui legitimi principatus Et quoniā anno, quo cõceptus eſt, fuit litera dominicalis. B. ut ſuperius com putauimus patet ipſum cõceptū eſſe feria 6, qm̄ die 25. Martii qn̄ conceptus eſt, asſignetur in calẽdario Romano litera G. quæ eſt ſexta à litera. B. quæ tunc fuit dominicalis. Patet etiā ipſum natū eſſe die dominica: qm̄ die 25. ſequẽtis Decẽbris, qn̄ natus eſt, an notatur litera B. quæ tũc fuit litera dominicalis. Calendis aūt Ianuarij ſequẽtibus uidelicet octauo die natiuitatis eius mutata eſt litera dn̄icalis & fuit. A. quæ in calẽdario annotat̃ calendis Ianua rii: ideo circūciſus eſt die dominica. Magi aūt obtulerūt ei mune ra feria 6. qm̄ in die Epiphaniæ ſignatur litera F. quæ eſt 6. ab A. litera tũc dominicali, Præſentatus eſt aūt in tẽplo quadrageſimo die à ſua natiuitate feria 5. Nā in die purificationis Mariæ die 2. Februarii ſignatur litera. E. q̄ tũc fuit feria 5. Annus aūt cõceptio nis & natiuitatis Chriſti nō fuit a correctione calendarii 46. ut in ſua tabula literarum, dn̄icaliū dominus Paulus annotat addẽs cõ tra rationē in principio tabulæ unā literam: ſ. C. ut ſupra diximus ſed fuit annus 45 ut nos annotauimus ratione ſuprius dicta. Qua propter eo anno, quo cõceptus eſt Dominus nouiluniū primi mē ſis fuit die 25. Martii: quo die cõceptus eſt Chriſtus, ſcilicet in ip ſa Neomenia. Nam anno 45 à correctione calendarij fuit cyclus lunaris Cæſaris 7. qui numerus annotatur in calendario Iuliano die 25. Martii. Conuenientisſime autē Chriſtus cõceptus eſt in uē tre materno die coniunctionis Lunæ cum Sole: quoniā Chriſtus uerus iuſtitiæ Sol, tunc Lunæ hoc eſt Mariæ uirgini genitrici eius coniunctus eſt per carnis aſſumptionē Sed quoniā dominus Paulus annotat Chriſti conceptionem anno 46. a correctione calēda rij contra rationem & contra ſeipſum, quia recte prius a correctio ne ad Chriſtum quadragintaquinq; annos cõputauerat: ide o etiā errauit in annotatione ipſius lunationis. Nam in ſeptimo libro ſe cundæ partis dicit anno incarnationis dominicæ interluniū primi menſis ſecūdū mediū motū fuiſſe die 12. Martii cõpleta cum horis 23. min. 28. ſecund. 20 Sed hæc lunatio fuit anno primo na tiuitatis Chriſti hoc eſt poſt eius natiuitatē: cuius interluniū iuxta cyclum Cæſaris fuit die 14. Martii cum e directo eius asſignetur in calẽdario Iuliano cyclus lunaris 8: In menſe autem Decembri,

quādo natus est Dominus,iuxta cyclum Cæsaris interlunium fuit die.15.eiusdem mēsis:ubi signatur cyclus Cæsaris 7. Ergo Dominus natus est luna decima eiusdem mensis uidelicet die 25.octauo scilicet calendas Ianuarij. Sed iuxta computationem domini Pauli tunc fuisset luna 11.quoniā anticipat lunationes per unum diē: eo q̄ putauerit ante Christi incarnationem fuisse bissextum:nō tamen fuit,ut superius probatum est:ideo non erat necesse anticipare lunationes per unum diem. Inter duos autē terminos uitæ Christi hoc est inter natiuitatem eius & mortē, solus euāgelista Lucas duo tantum tempora eius describit,scilicet annum duodecimum, quando remansit in templo: & annum trigesimum quādo baptizatus est. Christus cum parentibus ascēdit in templū in die festo paschæ cum esset annorū 12.hoc est dum ageret annum duodecimū, ut exponit Glossa & Ambrosius:Non enim compleuerat annū duodecimum,quia sic ageret annū tertiumdecimum:sed iam transierant de anno duodecimo tres menses:quia pascha fiebat iuxta æquinoctium uernale:& Christus natus fuerat iuxta solstitium hyemale præcedens. Ille annus fuit bissextilis,in literis. C.B.& luna 15.primi mensis,in qua celebratur pascha Iudæorum,fuit die 26.Martij die sabbati, ut patet per cyclum lunarem Cæsaris: qui illo anno fuit 19.& annotaturē directo diei.13.sed propter bissextū interlunīū fuit die precedēti,scilicet 12.in sabbato. Baptismus Christi fuit transacto eius anno 29.& inchoato trigesimo. die 6.Ianuarii. Sic enim dicitur Lucæ 3. Anno 15.imperij Tiberii Cæsaris:ipse Iesus quando baptizatus est,erat incipiens quasi annorum 30. Prædicauit autem Saluator mūdi tribus annis,ut testatur martyr Ignatius in epistola ad Trallianos prima. Eusebius etiam in libro de tēporibus idē affirmat. Post baptismūautē eius:& postquā fuerat in deserto 40. diebus,inde prædicare cœpit. Et si diligenter cōputauerimus a baptismo Christi,hoc est ab 8.Idus Ianuarii ad eius passionem,quæ fuit 3.nonas Aprilis:reperiemus intercessisse tres annos,& fere totidē menses. Cū enim Christus, ut superioribus probatum est,passus sit annos 4.Olympiadis 202.eodem anno in dimidia parte & paulo plus elapso. Et anno Tiberij 18. de quo iam transierant septē menses cum dimidio:si retrocedamus p̄ tres annos & toridem menses:reperiemus Christum baptizatū anno primo Olympiadis 202.inchoato per tres menses & paulo amplius. Erat q; tunc annus Tiberii 15.inchoatus per quatuor menses & dimidium. Cum igitur Dominus, ut probatū est,passus sit anno 33.

uitæ suæ inchoato per tres mēses manifestum est ꝙ qñ baptismū accepit, impleuerat 29. annū. & inceperat trigesimū per dies 13. s. quãtum est à die 25. Decēbris qñ natus est: ad diem 6. Ianuarii qñ baptismum suscepit. Hoc aũt recte cõfirmat dñs Paulus libro 4. secundæ partis dicens. Quod anno trigesimum incipiente Christus baptizatus est Lucas euãgelista insinuare uidetur scribēs Iesum dum baptizaretur extitisset quasi annorū 30. uolēs significare eū tunc incepisse annum trigesimum: cuius uerba hęc sunt. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum 30. Neq; hæc dictio quasi hoc loco significat idem quod ferè, ut arbitratus est magister Petrus de Riuo: sed significat idē ꝙ tãquã. In Græco nãq; habetur ὡσεὶ, quod significat tãquã. Neq; hæc dictio quasi construit aut referri debet ad hãc dictionem incipiens. Non enim esset oratio congrua, ꝙ Iesus erat quasi incipiēs annorū 30. sed referri debet ad ea; quæ subduntur. s. 30. annorum, ut sensus sit. Iesus cū baptizaretur, erat quasi. hoc est tãquã annorū 30. incipiēs quidē annū trigesimum. Quæ omnia in Græco significantius exprimuntur: ubi sic legitur καὶ αὐτὸς ἦν ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, hoc est. Et ipse Iesus erat tanquam annorum triginta incipiens quidem. Constat nanque translationem nostram è Græco esse traductam. Idem sensit Hieronymus super Ezechielem. c. 1. sic inquiens. Illud quoq; intelligendū est ꝙ in trigesimo ætatis suæ anno Dominus ad baptismū uenerit. Idem sentit Apollinaris. Idem & Beda in cõmentariis Lucæ: & Petrus Cõmestor in scholastica historia. Hæc dominus Paulus ibidē. Martyr & Ignatius in epistola ad Trallianos prima dicit. Triginta annos agens Dominus baptizatus est. Nō enim dicit triginta annis peractis: sed 30. annos agēs qñ actu agebat trigesimum annū Neq; ab hoc dissentit Erasmus in annotationibus in Lucã iuxta aliquos textus. Ioannes aũt Chrysostomus & Albertus Magnus, quia tenēt Christū passum anno 34. uitæ suæ currēte, coguntur dicere Christum baptizatum anno 30. cõpleto: & inchoato. 31. per 13. dies. Sed qñ iam probauimus Christum nō fuisse passum anno 34. eo ꝙ luna 15. primi mensis tunc fuerit die martis nō die ueneris: ideo reprobandam dicimus hãc opinionem de tēpore baptismi Christi, ut pote contra euangelicam ueritatē: & dicimus Christum baptizatum inchoato anno 30. ut probatum est. Quia ergo

D Christus post superatas tentationes in deserto: deinceps publice prædicauit annis tribus: in quibus iuxta euãgeliū fit mētio de pascha Iudæorū qñ prædicabat Dominus in templo in ciuitate Hie

rusalem: ideo horū annorū paschalia tēpora describenda censemus. Iuxta cōputationem dñi Pauli in 7. libro secūdæ partis anno Domini trigesimo, paschalis mensis oppositio quam quintamdecimā lunā uocāt secundū mediū cursum, quo Hebræi utūtur ad ciuitatē sanctā Hierusalē fuit sexta Aprilis die Iouis hora 5. min. 24. secund. 37. Et qm̄ cyclus solaris fuit 11. cōsequēs est annum fuisse cōmunem: & literam dominicalē fuisse. A. quare Christus feria 6. baptizatus est. Anno uero Domini 31. luna 15. paschalis mensis fuit diē 26. Martii & litera dominicalis. G. quæ tūc fuit dies lunæ. Anno autem Domini 32. luna 15. paschalis mensis fuit die 13. Aprilis die dominica, quoniā fuit annus bissextilis in literis F. E. cum eodem die 13 signetur in calendario litera. E quæ fuit dominicalis. Secūdum uero cyclum lunarem Cæsaris omnes prædictæ oppositiones luminarium postergantur per unum diem Anno uero Domini 33 luna 15. paschalis mensis fuit die 3. Aprilis feria 6. quia litera dominicalis fuit. D. In qua oppositione simul conuenit computatio domini Pauli cum cyclo lunari Cæsaris. Anno autem mortis Christi currebat annus 19. Herodis Tetrarchæ.

Obiectio & responsio. *Cap. 13.*

A Obiecit nobis laicus & ait. Rationes adductæ, licet mihi plurimū satisfecerint: attamē quiescere nequeo, nisi mihi de die passionis Christi, nodū soluas: q̄ mihi inexplicabilis esse uidet. Plures antiq doctores tā Græci quā latini magnæ authoritatis, doctrinæ, ac sanctitatis nitæ uiri dixerūt Christū passū esse 8. calendas Aprilis: & in scriptis hoc reliquerunt. Nā Tertullianus hoc scripsit in libro contra Iudęos: Chrysostomus in sermone Ioannis Baptistæ: Augustinus lib. 8. de ciuitate Dei c. ultimo: & in 4. libro de Trinitate c. 5. Cyrillus quoq; ep̄s Alexandrinus in epistola ad synodum Carthaginēsem sic ait. Eodem die Christus cōceptus est in utero & mortuus in cruce: dū in sexta feria mortuus est Adā in anima per peccatum in paradiso: eodem die Christus obiit in cruce. hęc ille. Hos antiquos imitati sunt recētiores, ut Albertus Magnus, & quidā alii. Cū igitur isti doctores fuerint maximæ authoritatis, nō uidetur eis contradicendū: & cū fuerint profundissimæ scientiæ, non est eis resistendū tāquā si ipsi in hoc errauerint: & cum fuerint perfectissimę sanctitatis, non est credibile, ut eos Deus in hoc errare permiserit. Tanto etiam tobo

re firmata est hæc opinio,&trātum inualuit,ut omnes cōmuniter te neant Christum passum die 25. Martij:& extra mensem Martij pe nè nullus fatetur Christum passum,ita ut omnes dies ueneris,men sis Martij in magna sint ueneratione apud omnes Christicolas. Ad hoc inq̄ facilis est responsio ex prędictis. Super omnia enim uincit ueritas,ut dicitur 3. Esdræ 3.& ideo omnibus anteponendam esse dicimus. Est autem Deus uerax:omnis autem homo mendax.ut di citur Ro.3. Cū ergo prędicti doctores tāquā homines dixerint ali quid quod opponitur euāgelicę ueritati,uti superius probauimus: ideo quantum ad hoc spectat,eorū sententia refellenda est:& app̄ hēdēda ueritas euāgelica. Et licet ipsi fuerint magnæ authoritatis apud homines:tamen authoritas diuinæ scripturæ omni humanæ authoritati proponitur:& omnis humana authoritas minima est comparata diuinæ celsitudini. Dicit enim Augustinus 2. sup Geñ. ad literam. Maior est huius scripturæ authoritas quā omnis huma ni ingenij pspicacitas. Licet etiam ipsi profundā sciētiam possede rint:in quædam tamen falsa ex nō sufficienti cōsyderatione huma no sensu,ut moris est hominum, inciderunt. Solū hoc authoribus diuinæ scripturæ competit,ut in suis scriptis ab ecclesia cōproba tis,nulla falsitas inueniatur. Dicit enim Augustinus in epistola ad Fortunatum. Neq; quorumlibet disputationes quāuis catholicorū & laudatorum hominum ueluti scripturas canonicas habere debe mus:ut nobis non liceat salua honorificentia quæ illis debetur ho minibus,aliquid in eorum scriptis improbare atq; respuere:si for te inuenerimus q̄ aliter senserint quā ueritas habet diuino adiuto rio uel ab alijs intellecta uel à nobis. Licet etiā prædicti doctores sanctitate uitæ præfulserint. Deus tamē permisit eos in aliquē errorē incidere:tum ad eorū humilitatem conseruandam:tū etiam ut di stinguātur authores diuinæ & canonicæ scripturæ,qui speciali mo tu spiritus sancti scripserūt:ab eis,q̄ licet adiutorio diuino libros ediderint:aliqua tamē in eis humāo spiritu inseruerūt. Dicit enim Augustinus de scriptis suis loquens in prologo lib. 3. de Trinita. Noli meis literis quasi canonicis scripturis deseruire:sed in illis& quæ nō credebas,cū inueneris,incūctāter crede:in istis autē quod certū habemus nisi certū intellexeris:noli firmum tenere hæc ille: Cognouit Augustinus etiā se in multis errasse:& ideo librū retra- ctationū cōposuit. Et Hieronymus in explanatione sup Isaiā pro- phetā ca 19. seipsum correxit,cū ait. Melius teor proprium errorē reprehendere : quam dum erubesco,imperitiam cōfiteri in errore

persistere. hæc ille Consyderandum est autem q sacri doctores nõ nulla scribunt ex leui opinione: quædam uero ex graui assertione. Ex leui quidem opinione, cum non probant quę dicunt: sed simpliciter referunt quæ uulgo feruntur. Ex graui uero assertione cũ efficaciter probant quæ tenẽda proponunt. Chrysostomus ergo & Augustinus & prædicti reliqui doctores locuti sunt de tempore baptismi, & passionis Christi ex opinione simplici, ut uulgo ferebat: quod patet ex hoc, q non probauerunt dicta sua per computationes congruas. Nam, ut dicit Ioannes Stofflerinus antiqui doctores postponebant scientiam Astronomicam, & uacabãt aliis doctrinis magis utilibus: que eo tempore plurimum erant ecclesiæ dei necessariæ. Vnde Augustinus super psalmum decimum cum proponeret quæstionem de Luna utrum illuminetur à Sole, relinquit eã indeterminatã tanquam difficilem & parum utilem, dicẽs ibidem. In istis obscuritatibus magis negociosis q̃ fructuosis exercere animũ, aut nõ libet, aut non uacat, aut animus ipse non ualet. Quia ergo antiqui doctores non uacabant Astronomicæ disciplinæ, quæ tradit motum cœlestium corporum: & ex consequenti ordinem temporum, quia tempus est numerus motus primi mobilis, ut ait Aristoteles: ideo non computabant diligẽter ordinem ipsorum temporũ: quare quandoq; errabant. Et quoniam erant uiri scientia præstantes ac magnæ authoritatis, eos imitati sunt plures recentiores authores absq; alia supputationis consyderatione: ideo non est mirũ, si etiã ipsi in eundem errorem inciderunt. Nam qui sequitur errantem: necesse est ut etiam ipse in errorem cadat. Inter antiquos autẽ doctores Tertullianus Iulius, Africanus, & Lactantius Firmianus cæteris grauius errauerunt: quia ipsi scripserunt Christum passum anno 15. Tiberii Cæsaris, cũ secundũ euangeliũ Lucæ eo anno Christus fuerit baptizatus: & cum prædicauerit inde tribus annis: impossibile est, ut passus fuerit anno Tiberii 15. sed. 18. ut Eusebius & Eutropius affirmãt. Cyrillus autem, ut uulgo ferebatur. dicit Christum passum eo die quo & conceptus est, uidelicet feria sexta Quod uerũ esse cõprobari potest, si referatur ipsa feria sexta ad diem hebdomadę non ad diem mensis. Nam sicut feria sexta homo peccauit eo scilicet die quo & conditus est: ita Christus eadẽ feria sexta cõceptus est & simili feria sexta passus est: non tamen eodem die mẽsis: quia cõceptus est feria sexta die 25. Martii: & passus est feria sexta, die 3. Aprilis. Sed uulgus ampliauit hoc dictum, ut intelligatur nõ solũ de feria hebdomadæ: sed etiã de die mensis; quod est erroneum: &

iuxta hanc ampliarionem ſcripſerũt Chryſoſtomus & Auguſtinus. Quòd autem uulgo fertur Chriſtum paſſum in mẽſe Martii : ita ue rum eſſe poteſt: ꝙ ipſe paſſus eſt luna 15 primi menſis Niſan apud Hebręos: qui primus menſis apud Romanos dicitur Martius iuxta inſtitutionem Romuli: Qui mẽſis eſt primus à Quintili & Sextili & cæteris: & tunc fuit lunatio menſis Martii. Sed ſi requiramus quo die menſis paſſus fuerit iuxta Romanum calendarium à Iulio Cęſa re cõſtitutum dicimus ipſum paſſum eſſe die 3. Aprilis: & tunc erat iuxta Hebræos luna & die 15. mẽſis Niſan: quę erat oppoſitio lumi narium menſis Martii, ut ſæpe iam diximus. Euangeliſtæ uero nihil dicunt de mẽſibus calẽdari Romani: q̃a tunc eccleſia Chriſti uteba tur mẽſibus iuxta Hebræos, ſicut & Chriſtus uſus eſt. Sed poſt Chri ſti reſurrectionẽ & aſcenſionem in cœlum: chriſtiani, qui Romæ de gebant, paulatim cœperunt uti calendario Romano. Deinde in cõ cilio Niceno Romanum calendariũ ſecuti ſunt, & præcipue poſtea cum Dionyſius Romanus Abbas ei aſcripſit aureũ numerum: qui adhuc in eodem calẽdario, quo utimur, annotatur. Laudamus ergo eos qui Martii ſextas ferias uenerãtur & colunt in honorẽ & memo riam paſſionis Chriſti, eo ꝙ ipſe paſſus fuerit feria ſexta martialis & uernalis lunationis. Hortamur etiã omnes fideles ut ſingulas ſextas ferias per totum annum in memoriam paſſionis Chriſti celebrent, eo ꝙ feria ſexta paſſus fuerit: & ſua paſſione deleuerit peccatum pri mi hominis quod ſexto die à creatione mundi commiſera t.

B His dictis protulit laicus codicẽ, in quo dixit deſcriptas eſſe reuela tiones cuiuſdam religioſi uiri, in quibus cõtinebatur Chriſtũ bapti zatum fuiſſe anno 30. tranſacto & paſſum anno 34. uitæ ſuæ cur rente. Nolui ſtatim ad hæc reſpondere: ſed poſt aliquos dies perle cto libro, eidem laico præſente ſecerdote ita reſpondi. Legi inquã codicem hunc: & in eo inueni doctrinam nouam nõ conformẽ do ctrinæ catholicorũ doctorũ. In eo ẽt reperi ſtili diuerſitatẽ ac ſi à duobus authoribus uno idiota, altero erudito editus eſſet. Aut ergo primus author libri huius illuſione diabolica ſeductus eſt: quod ta mẽ affirmare nõ audeo: aut potius ab alio additione aliqua uitia tus eſt liber. Tũc ipſe ſacerdos ait. Publice fertur ipſum librũ perue niſſe ad manus cuiuſdam præſulis eruditi: quem ego ipſe noui: & nuper audiui eum Romę defunctum: qui putauit ſua doctrina poſ ſe emendare, & uberius ac ſubtilius declarare ipſum librũ. Cui ſu peraddidit quædam uera, & nonnulla falſa: quæ tamen putauerat eſſe uera. At ego eius uerbis acquieſcens continuo ſubiunxi. Inter

alia falsa ibi describitur Martem proprio motu cursum suum peragere in sex annis: qui tamen uix duobus annis eum perficit: ut patet per tabulas astronomicas, quæ cōtinent certitudinē experimentalem circa motus astrorum. Similiter ibi dicitur cursum Iouis perfici 13. annis: qui tamen peragitur annis 12. Plura etiam alia ibi falsa leguntur, quæ facile improbari possunt. Ex nostris etiam probationibus supra inductis patet esse falsum quod ibi scribitur de tēpore baptismi & passionis Christi. Cum ergo spiritus ueritatis semper doceat ueritatem & nunquam à ueritate discedat, oportet dicere huiusmodi falsa uel à spiritu malo delata: uel potius ab homine, ut asseris adiuncta. His declaratis & solutis obiectionibus: laicus cessit affirmans se penitus conuictum: ac de uero tempore passionis & totius uitæ Christi ad plenum sibi satisfactum esse dixit. Quare summo Deo gratias agamus qui hanc ueritatē suo munere nobis manifestare dignatus est ad fidei catholicæ ueritatem comprobandam in communem fidelium utilitatem: ac Domini Saluatoris gloriam, qui est uerus Deus benedictus in secula.

Explicit opusculum de uero die passionis Christi, ac tempore totius uitæ ipsius.

EPITOMA EMENDATIONIS CALENDARII

Romani pascha rite celebrando per Ioannem Lucidum natione Gallum.

Prooemium.

Post disputationem de uero die passiōis Christi ac totius uitæ ipsius tempore: mox rogauerunt me quidam ueritatis amatores, ut opusculum ederem de reformatione collapsi calendarii pro uera paschę celebratione. Quorum petitioni primo quidem nō acquieui: sed ipsos monui ut legerent primā partem Paulinæ de recta paschæ celebratione, quam edidit dominus Paulus Germanus de Middelburgo episcopus Forosempronienfis: in qua uberrime de huiusmodi retractat. Insuper cohortatus sum eos, ut præcipue legerent calendarium uenerandi sacerdotis domini Ioannis Stofflerini Iustingensis, uiri solerti ingenio ac ratiōis iudicio prędititi: nec nō & in omni penè doctrina eru

ditissimi. Cum autem ipsi rursus instarent dicentes prolixitatem eorum esse legentibus onerosam: respondi eosdem authores etiam breues tractatus de hac re scripsisse. Nam idem prænominatus episcopus Paulus scripsit epistolã de huiusmodi correctione Leoni decimo Pontifici: & pdictus sacerdos Ioãnes propositiones scripsit ad Lateranense Concilium tempore eiusdem Leonis.x. adhuc extant propositiones 13. de eadem correctione collectæ ex multis disceptationibus habitis per dominos ad hoc deputatos in prædicto Concilio: ex quibus ad plenũ potest rei ueritas inueniri: & uix prędictis aliquid addi potest. Itaq; superfluũ esse censui aliud opusculum de huiusmodi re scribere. At unus ex eis ingenio acutissimus obtulit mihi librum sic inquiens. Si legeris codicẽ hunc, reperies in eo quædam quæ à prædictis descripta nõ sunt: ex quibus cognosces opportunum esse ut breue opusculum etiam tu ipse conficias. Legi librũ cuius author est Albategnius Arabs uir sermone grauis & ingenio solers: qui obseruationes Ptolemæi Astronomi recto examine ponderans: eas in certiorem rei ueritatem magna diligẽtia reduxit. Idem Albategnius direxit computationes suas post Ptolemęum annis 743. & ante Alphonsum Regem annis 350. Nec peruenit eius liber ad Alphonsũm, quia nondum ex Arabica lingua in latinam uersus fuerat. Postea enim traduxit eum Plato Tiburtinus: nec dum impressioni traditus est liber: & ipsius paucissima exemplaria reperiuntur. Vnum tamen eius exemplar peruenit ad manus Ioannis de monte Regio, ut ex eius Epitomate in Almagestũ Ptolemæi perspicuum est. Vtinam librum eundem legissent dominus Paulus episcopus Forosempronienſis. & dominus Ioannes Stoffle rinus astronomi peritissimi: ex quo utiq; certiorẽ doctrinam astronomicam accepissent. Eum tamen rarissime citant; uel, ut puto, ex auditu aliorum, uel potius ex lectione epitomatis Ioannis de monte Regio. Quoniam ergo in eodem libro reperi quædam præcipua pro emendatione calendarii plurimum necessaria: ideo non solum precibus amicorũ, sed etiam eius doctrinæ ueritate coactus sum epitoma describere de ipsa emendatione calendarii pro recta celebratione paschalis solenitatis: quę apud Christi fideles eximia & excellens super alias festiuitates esse comprobatur.

De uera anni quantitate ex motu Solis. *Cap. I.*

EMendare collapſum calendarium Romanum & inueuire
paſcha recte non poſſumus: niſi prius cognoſcamus uerã
anni quantitatem ex motu Solis: & eius uernum æquino
ctium: ac lunationem uerni temporis iuxta quã paſchæ
ſolennitas per eccleſiã celebrari pręcipitur iuxta illud eccleſiaſtici
43. A luna ſignum diei feſti. Ex his enim duobus magnis luminari
bus cœli, menſuratum omne tempus in annis, diebus, ac mẽſibus.
Ex motu quippe Solis raptu primi mobilis dies mẽſuratur: ex mo
tu uero eius proprio metitur annus. Secundum autẽ Hiparchũ &
Ptolemæũ, annus eſt reuolutio ſolaris motus à primo puncto æqui
noctij uel ſolſtitij uſq; ad idem punctũ: licet aliter dixerit Thebit:
qui affirmat annum eſſe reditum Solis ab aliquo puncto ecliptice
mobilis in idem ſiue reuerſionem Solis ab aliqua ſtella fixa ad ean
dem. ut antiquiores olim dixerant. Difficile eſt autem ueram anni
quantitatem cognoſcere, ut ait Ioannes de monte Regio in epito-
mate ſuper Almageſtum Ptolemæi libro tertio propoſitione ſecun
da, & propter inſtrumentorum fallaciam: & propter motum trepi-
dationis ſiue acceſſus & receſſus: niſi poſt multorum annorum ſpa-
tium: quantoq; inter duas obſeruationes, maius temporis ſpatium
intercedit, tanto ueracius hæc anni quantitas reperiri poterit. Re
cẽſeamus modo quatuor authorũ opiniones circa hoc: & quam ex
eis, probamus ueriorem, illam ſectemur. Iulius quippe Cæſar ante
Chriſtum annis 45. Calippum & Alexandrinos imitatus, Roma-
nis inſtituit annum ſolarem conſtare ex diebus 365. & quarta diei
hoc eſt ſex horis. Si autem hæc quantitas anni Iuliani ueritatem ha
buiſſet ita ꝙ hic annus continuiſſet præciſe & expunctim ſex horas
ultra dies. 365. nunquam æquinoctia anticipaſſeut ſedes ſuas: ſed
firmas & perpetuas in calendario ſedes obtinuiſſent: quia quolibet
quarto annos dies unus ex quatuor quadrãtibus conflatus per biſ
ſextum præciſe intercalatus, nullam æquinoctiorum euariationem
admiſiſſet: quare ratione æquinoctij nullus error in paſchæ cele-
bratione contigiſſet. Sed oppoſitum reperitur quòd quãtitas anni
Iulij non ad unguem conuenit cũ Solis annua reuolutione: hoc eſt
cum tempore quod Sol à principio Arietis per duodena ſigna trã
ſiens in id conſumit. Statuit nanq; Cæſar in ſua prima calendarij
inſtitutione æquinoctium uernum octauo calẽdas Aprilis, ut affir

mat Columella de agricultura libro duodecimo cap. 2. Idem dicit Plinius, Macrobius, Ioannes Chrysostomus, Paulus de Migdelburgio, Ioãnes Stofflerinus, & plures alij authores: licet Ouidius in tertio de Fastis dicat ipsum statuisse sequenti die. Sed utrūq; uerum est, quoniam æquinoctium tangit duos dies ex reseruatione horarum in quartū annum bissexilem. Anno enim bissextili tunc erat æquinoctium die, 25. Martij: sed anno ante bissextilem æquinoctium tangebat diem 26 eiusdem mensis. Tempore autem nostro, hoc est anno Domini 1525. æquinoctium anticipauit per quindecim dies: & sedem habet nūc sexto uel quinto Idus Martij, hoc est decima uel undecima die ipsius Martij. Vnde omnibus palam est quantitatem anni Iuliani excedere & maiorem esse uera quantitate anni quæ ex cœlesti Solis motu integratur.

2 Ptolemæus uero Alexandrinus, qui fuit anno Domini 132. dictione tertia Almagesti de quantitate anni elicienda, definiuit annum per motum Solis ab æquinoctiali, donec ad eundem redeat: & hunc reperit continere dies 365. cum quarta unius, minus trecentesima parte diei, hoc est minutis 4. secundis 48. Quantitas ita que anni Ptolemæi complectitur dies 365. horas quinq; minuta 55. secunda 12. & minor est anno Iuliano min 4. secund. 48. Secundum hanc Ptolemæi supputationem in annis mille quingentis ab emendatione calendarij per Cæsarem, anticipasset æquinoctium tantummodo quinq; diebus: & nos uidemus nunc iam anticipasse diebus quindecim. Hæc ergo anni quantitas cœlesti quantitati solari non conuenit.

3 Alphonsus uero Romanorum & Castellæ Rex, qui æram suam annotauit anno Domini 1251. anni quantitatem eliciens, asserit anni solaris quantitatem, continere dies 365. hor. 5. mi 49. secund. 16. & est differentia minus à sex horis in min. 10. secund. 44. Quæ aggregata per annos. 134. conficiunt ferè diem unum: hoc est horas 23. min. 58. secund. 16. Secundum hanc supputationem, prædicta quindecim dierum anticipatio compleretur in annis duobus millibus decem. Itaque hæc anni Alphonsini quantitas cœlesti quantitati solari non quadrat: quoniam ab anno quadragesimoquinto ante Christi ortum, quādo Cæsar statuit æquinoctium uernale die 25. Martij usque ad annum Domini 1525. in quo nunc sumus, non intercesserunt plusquam anni 1570. & tamen anticipauit æquinoctium quindecim ferè diebus.

4 Albategni autem in libro de motibus stellarum ca. 27 52. &. 53.

post Ptolemæum 743.annis,ut ibidem ipse testatur, dixit annum solarem continere dies 365. horas 5. min.46.& duas quintas uni us minuti id est secunda 24 & est differentia minus à sex horis in cẽtesima sexta parte diei uidelicet in 13.minutis&tribus quintis unius minuti,id est secũdis 36.ita ut unus dies cõstituatur in 106. annis. Ergo iuxta hãc supputationem,æquinoctium anticipat per unum diem omni anno centesimo sexto. Hæc autem anni quantitas cœlesti quantitati solari maxime cõuenit. Nam sic æquinoctiũ quindecim diebus anticipat in annis 1590. quod probamus impletum tẽpore nostro. Nam ab anno quadragesimoquinto ante Christi ortum, quando Cæsar statuit æquinoctium die 25. Martij usq; ad annum nostrum 1525. sunt anni 1570.& hunc ad uiginti annos hoc est anno Domini 1545. quando complebuntur 1590. anni ab emendato Iuliano calendario, uidebimus æquinoctium esse decima die Martij, ut apparet in tabula libri decimi primæ partis Paulinæ. Hac ergo experientia longi temporis patet computationem Albategni esse uerissimam:& ideo ipsam ab omnibus tenẽdam esse censemus. Cognouit Ioannes Stofflerinus annum Alphõsinum non plene conuenire motui solari.ut ipse testatur in suo calẽdario propositione trigesimaoctaua in calce ipsius. Ideoq; ipse dicit iuxta propriam opinionem in annis 120.fieri anticipationem unius diei,ut patet ibidem propositione trigesimanona . D. Qui si legisset librum Albategni de motibus stellarum,quem citauimus & legimus,utiq; secutus esset eius opinionem: quę ad amussim motui solari respõdet,uti iam probauimus. Quidam uero putant in annis tantũmodo centum fieri anticipationem unius diei: quam hactenus neglectam esse nouimus. De qua centesima neglecta loquitur Dantes in poemate suo paradisi cantu.27.

De motu lunæ & cyclo eius. *Cap.2.*

NVnc de motu Lunæ & cyclo eius dicendũ est. Motus Lunæ proprius ab uno puncto alicuius signi progrediẽs & transiens per 12.signa zodiaci ac perueniẽs ad idem pũctum ſm æqualem suum cursum iuxta Alphonsinam supputationem perficitur diebus. 27. horis 7. min 44. secund. ferè 5. Sed ab una congressione Lunæ cum Sole ad alteram quælibet lunatio iuxta medium motum eius,continet dies. 29. horas 12. min.

44. ſecunda 3. tertia 3. Ad inueniendas has luminarium coniunctiones. Alexandrini ſtatuerūt numerum decēnouennalem, quem nos aureum numerum dicimus adhuc annotatum in calendariis noſtris. Qui tempore concilii Niceni anno Domini 323. oſtende bat interlunia è directo diei cui obiicitur. ſed propter imbecillitatē eius modo lunam quintam oſtendit eo quòd in annis 304. luminarium congreſſione anticipant ſedes ſuas per unum ferè diē. Nam in quolibet cyclo lunari id eſt in ſingulis 19. annis reuolutiones Lunæ anticipant totidem Solis reuolutiones hora prima min. 28. ſecun 3. ex eo quòd 19 anni lunares cum ſuis ſeptem emboliſmis tantundem ſunt breuiores 19. annis. ſolaribus cum ſuis q̃tuor biſſextis & 18. horis. Qui defectus computatus deinde in 16. cyclis qui faciunt 30 4. annos, aſcēdit fere ad unam diem naturalem hoc eſt ad horas 23. min. 28. ſecund. 52. Aliquibus tamen aſtrologis placet huiuſmodi anticipationem unius diei fieri in annis 262. eo quòd in annis 1572. iam anticipauit per ſex dies ab emēdatione calēdarii per Cęſarem. Hinc eſt quòd aureus numerus nō poteſt habere firmam & fixam ſedem in calendario. Quare ad inueniendum lunationes recurrendum eſt ad tabulas aſtronomicas. Sed quoniā hactenus id factum non eſt: tam ex anticipatione æqui noctii: quam etiam lunationum: ſequitur quod nos celebramus paſcha ulterius quandoque per hebdomadam unam: quandoque per quatuor, & aliquando per quinque. & niſi obuietur huic tranſgreſſioni proceſſu longioris temporis fiet paſcha æſtiuo tempore.

De forma corrigendi æquinoctium uernum. *Cap. 3.*

FOrmam & modum corrigendi calendarium primo quo ad ęquinoctium uerum, quod eſt anni principium, nūc oportet oſtendere. In concilio Niceno anno Domini 323. ſtatuerunt patres æquinoctium ueris ſicut in cœlo inuenerunt, uidelicet die 21. Martii nunc uero per anticipationē undecim dierum id eſſe cognoſcimus die 10. Martii. Ad emendationem autem æquinoctii duplex forma & modus adhiberi poteſt Prima forma eſt, ut maneat in ſede ſua, qua noſtro tempore inueni tur. Secūda ut reducatur in ſuam ueterem ſedem. Prima igitur forma eſt, ut ſcilicet figatur æquinoctium ad dies decimum & undecimum Martii, quibus hac noſtra tempeſtate contingit. Verſatur. n. & notatur intra limites duorū horū dierum: quare hi ambo & nō

unus pro sede æquinoctii sunt constituendi. Hanc formã Petrus de Aliaco Camerecẽsis Cardinalis in Constantiensis Synodo Germaniæ obseruandam magnopere suasit: & Ioanni 23 si non papatui cessisset utiq; persuasisset. Quæ etiã fermè placet domino Paulo de Middelburgo ẽpo Forosempron. Est quidem facilis nullam uulgo perturbationem, offendiculum, aut nouitatem inducens neq; tabulis astronomicis difficultatem quãpiam ingerẽs. Sic enim fecerũt sancti patres in cõcilio Niceno æquinoctium statuentes, quẽadmodum id in cœlo esse nouerunt. Obiectiones autem contra hanc formam & earum solutiones breuitatis causa omitto: sed tu eas legere poteris in calendario Ioannis Stofflerini propositione 39. sub literis. F. G. nec non & in prima parte Paulinæ. Secunda forma figendi æquinoctii fieri potest. ut reducatur in sedẽ ueterem determinatã in concilio Niceno uidelicet 21. die Martii per omissionẽ undecim dierũ, quibus ab eo tempore iam anticipauit. Et habet hæc forma plures species: de qnibus tres duntaxat in medium proferemus Prima est, ut de aliquo anni mẽse demãtur undecim dies: siue in principio mensis: siue in medio: siue in fine. Hæc forma fuit fermè Nicolai Cusani Cardinalis: & Hermanni Zoestii in concilio Basiliensi. Obiectiones contra hanc formam & earum solutiones lege in calendario Ioannis Stofflerini propositione 39. I. nec nõn & in prima parte Paulinæ. Secunda species huius formæ facilior est: nec populos turbabit, si in undecim mensibus de quolibet mẽse subtrahatur unus dies incipiendo à Martio & sic post annum in sequẽti Martio reductum erit æquinoctium ad Martii 21. diem Tertia species huius formæ est ut intermittãtur dies 11. bissextiles in annis 44. qui fiant omnes communes, ex quibus consumerentur illi undecim dies sicut fecit Augustus. ut refert Solinus, & Macrobius. Nam cum Iulius Cęsar post emendatum à se calendariũ iussisset sacerdotibus, ut quolibet anno quarto intercalarent unum diem: illi anno tertio intercalarunt per annos 36. quo tempore cum debuissent intercalari nouem dies, duodecim intercalati sunt. Quem errorem deprehẽsum Augustus reformauit: iussitq; duodecim annos sine intercalatione decurrere: ut tres illi dies, qui ultra nouẽ necessarios temere fuerant intercalati, hoc modo possent repensari. Obiectiones cõtra hanc formam & earum solutiones reperies in calendario Ioannis Stofflerini propositione 39. in literis. M. N. posset etiã reduci æquinoctium uernale ad diem 17. Martii per subtractionem septem dierum: & sic nulla esset alteratio in literis dominicalibus: & nunquam

tunc feptuagefima eueniret ante octauam Epiphaniæ. Hanc uiam tanquam cōmodiſſimam approbauerūt patres in concilio Baſilienſi ſtatuentes, ut adueniente anno Domini 1440. ex mēſe Octobri ſeptem dies in computatione calendarii ſubtraherētur:quod tamē ſeruatum non eſt. Siue ergo ſtatuatur æquinoctium die 10 ſiue die 17.uel 21.Martii:ad figendum æquinoctium ſtabile,ne in futurum accidat eius anticipatio hæc regula ſeruanda eſt per edictum pontificale:ut in omni centeſimoſexto anno iuxta obſeruationes Albategni intermittatur unus dies biſſextilis & fiant octo ſimul anni communes. Sed quoniam annus 106. nō eſt ad intercalationē idoneus: ſed annus 104. uel 108. ideo intermittatur dies intercalaris una uice anno 104.& altera uice anno 108. &ſic deinceps alternatim. Sed quoniam difficile foret populis prædictos numeros mente retinere: ſaltem intermittatur dies biſſextilis in quolibet anno centeſimo,quando Romæ celebratur ſollennis & maximi Iubilei centeſimus annus, quod eſſet memoriale perpetuum omnibus etiam idiotis commune.Et ſic euitabimus futurum defectum excepta particula ſex annorum,quæ in annis 1800. multiplicata redderet unū diem qui tunc anno 1800. intermittendus non eſſet.Si tamen uerum eſt, ut quidam aſſerunt, anticipari æquinoctium uno die præciſe in omni anno centeſimo:nulla deordinatio futuro tempore accideret per intermiſſionem unius diei in quolibet anno centeſimo ſed ſtabile ac fixum ſtatueretur ęquinoctium.

De forma corrigendi cyclum lunarem. *Cap. 4.*

POſito igitur æquinoctio uernali in aliquo prædictorū die rum Martii,cognoſci poteſt quæ ſit lunatio primi menſis,quando paſcha Domini celebrādum eſt Illa enim eſt lunatio primi menſis,ut Ioannes de monte Regio & alii atteſtātur,cuius initium aut medium eſt in ipſo æquinoctio uerno: uel initium uicinius eidem ęquinoctio,ſiue præcedat,ſiue ſequatur Vnde omnis 14.luna,quæ cadit in ipſo die ęquinoctii uernalis uel proxime poſt ipſum æquinoctium oſtendit,tunc paſcha Iudæorum ſecundū legē Moſaicā. Sed ne ritū Iudaicū in omnibus imitemur & paſcha Domini ſēper celebremus die dñica, qua Chriſtus à mortuis reſurrexit: ſtatutū eſt in concilio Niceno,deinde in Alexandrino,Antiocheno,Hieroſolymitano,& aliis pluribus, ut paſcha Domini celebretur à Chriſti fidelibus die dñica proxima poſt lunam

14.ptimi mensis. Ad inueniendam igitur ætatem lunæ, in concilio Niceno ascriptus est numerus decemnouennalis Alexandrinus in calendario Romano. Sed quoniam ut diximus, lunationes in annis 304. uel secundum alios 262. anticipant ferè per unum diem: & iam anticiparunt tempore nostro per quinque ferè dies ab ipso concilio: ideo ille aureus numerus non ostendit congressiones luminatium sicut ostendebat eo tempore, quo ascriptus est calendario. Quare ad refotmationem huius cycli exigeretur, ut omni anno 304. uel secundum alios. 262. intermittetetur unus dies bissextilis: uel anterius per unum diẽ aureus numerus annotaretur. Sed quoniam conseruatio æquinoctii prędicta, qua omni centesimo anno, dies bissextilis omitteretur, impediret istam cycli conseruationem: & hæc cycli conseruatio illam æquinoctii turbaret, necesse esset singulis annis 304. uel. 262. iterum cyclum reparare per sapientes Theologos & Astronomos. Vel posset fieri tabula secundum astronomicam supputationem per mille annos uel ultra pro sola 14. luna paschali, quæ scribatur in principio calendarii. Hanc tabulam digessit dominus Paulus in 12. libro primæ partis suæ Paulinæ per annos mille quingentos. Aliam breuiorem descripsit Ioannes Stofflerinus in suo calendario propositione 39. F.e. Se tuatis igitur omnibus prædictis documentis, deinceps nullius defectus in paschali celebratione sequeretur: & ptæcipue si oppositiones luminarium computarentur non secundum mediũ motum: sed iuxta uerũ cursum, ut placet Ioanni Sstofflerino: quia tunc rectius pascha celebraretur. Hoc tamen totum pendet ex arbitrio & approbatione summi Pontificis & concilii uniuersalis ecclesiæ: quia quod omnes tangit ab omnibus approbari debet.

FINIS.

Series litterarum.

ab A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb.
Quaterniones omnes, præter b duernionem.

VENETIIS, Apud Iuntas.
M D L X X V.